

1489/20

MON

dubl,

MONUMENTA HISTORICA

DIOECESEOS

WLADISLAVIENSIS. *Octobr. 181*

*XX. 1598*



WLADISLAVIAE.

SUMPTIBUS CLERI DIOECESANI.

*Typis Arminii Neuman.*

1901.



№ 1055.

01489

APPROBATUR.

Wladislaviae, die 17 Martii 1900 anno.

Episcopus Wladislaviensis seu Calissiensis

† A. BEREŚNIEWICZ.

*Regens Cancellariae Can. Col. Cal. C. Puacz.*


О Д О Б Р Е Н О.

гор. Влоцлавекъ, Марта 4 (17) дня 1900 года.

*Судья Суррогатъ*

*Прелатъ Ст. Ходыньскій.*

*Секретарь Жс. Фр. Мирецкій.*



Доволено Цензурою.

Варшава 10 Мая 1900 г.

## Monitum pro Lectore.

---

Volumen Actorum Capituli Cathedralis, numero 68 insignitum, ac 213 foliis constans, continet *Visitationes ecclesiarum dioecesis Wladislaviensis, 1598 anno peractas*. In unaquaque fere voluminis huius pagina, deprehenduntur singulae voces, et integrae etiam propositiones, quae tenuiter sunt deletae, ac loco earum, desuper vel in margine, aliae, lectu difficiles, ex tempore et incuriose inscriptae, ex quo factum est, ut vix dignosci possit, ad quem praecipue locum textus primitivi referendae sint plurimae huiusmodi adnotationes.

Additamenta haec et correctae, ut indicant anni interdum allati, facta sunt ante annum 1614, et quidem a quodam Visitatore, qui post annum 1598 dioecesim visitans, volumen hoc secum habuit, ac pro mutatis suo tempore adiunctis, multa immutavit et addidit.

Cum autem huiusmodi adnotationes, ad illustrandam historiam dioecesis nostrae aliquid conferre valeant, proinde omnes, nec iis etiam exceptis, quae parvi sunt momenti, infra sub textu ponere statuimus, ut hoc modo integrum volumen sexagesimum octavam, quod in XX ac XXI *Monumentorum* nostrorum fasciculis proponimus, publici fiat iuris.

Polonica vocabula, etiam obsoleta, cum Lectori polonico nullam pariant difficultatem, absque speciali explanatione hic afferimus.

S. Ch.

# Visitationes Ecclesiarum

## DIOECESIS WŁADISLAVIENSIS

ex mandato Illmi ac Rev. Episcopi Hier. Rozdrażewski  
expeditae.

ANNUS DOMINI 1598.

### Decanatus Brzestensis,

habet has ecclesias:

Brzeście, Kruszino, Kowale, Grabkowo, Kłotno,  
Białotarczek, Kłobia minor, Łanięta, Piorowa wolia,  
Lubień, Chodecz, Choceń, Śmiłowice, Kłobia maior,  
Boniewo, Liubraniec, Zgłowiątko, Lubomin, Bledna,  
Przedecz, Korzecznik, Modzerowo, Chalino, Świerczino,  
Osieczyny, Kościół, Roskij, Wieniec, Wistka.

\* Visitatio haec supponitur expedita per Perillustrem Mat-  
thaeum Dąmbrowski, sub regimine Illmi Rozdrażewski, prout  
videndum in Decretis reformatoiiis infra, titulo *Radziejow*.

#### I. Descriptio Ecclesiae Braestensis.

(*Brześć*).

Brzeście civitas regia <sup>1)</sup>.

Parochialis Ecclesia Braestensis tituli S. Stanisłai;  
collationis regiae. Incorporata Ven. Capitulo Władi-  
slaviensi. Anniversarius consecrationis prima Domi-  
nica post Michaëlis.

---

<sup>1)</sup>. Żydy przedają w niedziele mięso i sukna rano.

Litterae foundationis ac privilegiorum in praetorio Braestensi depositae habentur, quarum hic numerus et summa est:

Inprimis privilegia duo in villam parochialem Braestensem, dictam Siedlimin.

Item instrumentum quoddam per publicum Notarium factum de villa Kuczina, ad altare B. M. V. pertinentens.

Item dotatio altaris S. Mariae Magdalенаe. Item privilegium super scultetiam in villa parochiali Siedlimin.

Item privilegium super 8 mansos in villa Kuczina sitos, ad altare B. M. V. pertinentes. Item incorporatio 4 laneorum in Rządka Wola ecclesiae parochiali Braestensi.

Item aliud vetustate consumptum, ita ut legi non possit.

Item privilegium commutationis litorum, riparum, fundorum inter Rev. Episcopum Wladislaviensem et plebanum Braestensem factae. Item privilegium emptio- nis 8 mansorum in villa Kuczina per Plebanum Braestensem. Item controversia quaedam in pergamine scripta de villa Kuczina.

Item Privilegium super 8 mansos ad ecclesiam Braestensem pertinentes, quorum in usu ad praesens est D. Nicolaus Luboński, censum persolvens Vicariis Braestensibus 20 marcas quotannis. Item regestrum totius supellectilis Braestensis ecclesiae in auro, argento, vestimentis, apparatu quovis:

Haec desumpta sunt ex scrinio ecclesiae Braestensis. Ex scrinio civitatis haec quae sequuntur:

Privilegium super censu panni Judaeorum pro ecclesia Braestensi <sup>1)</sup>.

Privilegium super horto altaris S. Dorotheae.

Privilegium super censu 4 marcarum ad altare S. Annae spectans.

Privilegium iurispatronatus civium super capellam dictam Regiam concessi.

---

<sup>1)</sup>. Videndum in privilegiis, co Żydy daja.

Privilegium super 4 mansos in Rzaдка Wola. Item donatio arendae pro extruendo domicilio Altaristae S. Annae.

Item incorporatio Praepositurae S. Spiritus ad parochiam Braestensem.

Item privilegium fraternitatis Litteratorum SS. Trinitatis a Rmo feliciter moderno, anno Dni 1592 datum: quae quidem privilegia omnia et singula anno Dni 1591 per D. Adamum Przejrzalowie, Actorem Curiae suae Illmae ac Rmae Paternitatis Notarii, ut apparet, excussa sunt diligenter et revisa. Omnia instar Erectionis.

*Quod ad Ecclesiam ipsam attinet, omnia interius munda.*

Ciborium, baptisterium, altaria, decenter curantur, sed portatilia tria tantum in ecclesia habentur. Imagines altarium renovantur, ornantur <sup>1)</sup>

Ecclesia ipsa per cives reparatur ob amorem Dei. His annis parietes cemento liniti seu dealbati ex toto, depicti etiam in parte, uti et tabulatum superius chori utriusque, quae pictura taxatur ad fl 180 pecuniae paratae.

*hinc ero natyke* Organa per eosdem comparata, taxa quorum 1200 flr. Magnificus D. Capitaneus Braestensis cum Vicecapitano 200 fl. impenderunt.

Item fenestras comparant per totum circuitum templi. Latericium etiam factum pavementum per eosdem. Templi tectum sarcitur. Campanile extractum valoris 100 flor. et ultra, cuius tamen latera nondum latere completa, reiicitur id oneris in parochum. Cimiterii pars reparata, pars intacta manet. Ossorium recens per cives contectum. Circa ecclesiam civium vigilia diligens. Conquestus est Magistratus, quod R. D. Plebanus nullam reparandae ecclesiae, pariter et ornandae, curam suscipiat, nec cum civibus de his communitet omnibus, etc.

<sup>1)</sup>. Smintarz i oltarze.



*Dos Ecclesiae eiusdem.* Domus plebanalis valde neglecta, duo hypocausta habens, sed inculta et perflua, quam inquilini inhabitant cum uxoribus et liberis. Conclave etiam inhabitat mulier infans et despecta; praesente Visitatore eam Consul inde migrare iussit. Sepimenta diruuntur. Stabulum nullum est curru et equis ponendis aptum. E regione templi domus sacerdotis Litteratorum fraternitatis pone domus pro sacerdote fraternitatis S. Annae. Iuxta Sacerdotis Capellae S. Mariae Magdalenae deserta pro Mansionariis. Quarta deserta et imperfecta. Quinta altaris sutorum pro Mansionario, quam incolit Altarista sutorum. Sexta concionatoris, scholae vicina, omnibus elegantior, angusta tamen. Ultimo schola murata. Organarius domum privatam suam habet. Sacristianus domum Altaristae tenet.

*Bona vero et reditus ecclesiae* hi sunt:

Villa Siedlimin prope villam Wieniec, cum molendino et fluvio stagnante piscoso, silva item et bovea et pasenis latis. Habet emetones et praedium. Olim 400 flor. arendae solvebantur; nunc teste Magistratu Braestensi, cum omnibus attinentiis duplo maioris taxari potest. Item mansi agri 2 in fundo veteris civitatis in ducentis florenis olim oppignorati <sup>1)</sup>. Et hi quidem ante biennium ex consensu Rmi Dni nostri per fratres Conventuales Monasterii Braestensis (*ord. S. Dominici*) exempti. A tenentariis census quotannis cedebat ex his mansis concionatori Braestensi fl. 4, quem ab annis duobus Conventuales solvere denegarunt <sup>2)</sup>. Item villa Kuczina tres emetones habens cum praedio satis amplo, quam iure advitalitio D. Nicolaus Luboński possidet, censum inde persolvens Vicariis ecclesiae Braestensis marc. 20, quo vita defuncto, iuxta tenorem privilegii, ad ecclesiam Braestensem redibit. Taxatur ad flor. 1,000 <sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup>. Wykupiono tho.

<sup>2)</sup>. Nie dają nic; Capitulo Wład. 4 flor.

<sup>3)</sup>. Pan Starosta Radziejowski winien 5 seth; dał zastawę; proszą o pieniądze.

*In hac Ecclesia: Capella Regia ad dextram.* Collator Screnissimus Rex. Duo altaria habet: alterum S. Crucis ad orientem; alterum Annuntiationis B. V. ad meridiem. Foundationem dicitur habuisse ex teloneo aquatico Wladislaviensi <sup>1)</sup>. Altaria absque portatilibus, in quibus nunquam, vel rarissime celebratur, eo quod nulla supersit fundatio. Ornantur nihilominus apparatu ecclesiastico.

*Capella ad sinistram S. Mariae Magdalenae.* Collatores eius cives Braestenses. Habet unum altare, cuius tabula per viduam quandam nuper posita: cum portatili supermurato <sup>2)</sup>. Reditus habet ex praetorio marcas 5, ratione summae essentialis 30 marcarum; quas civis quidam nomine Goły, civili magistratui dedit pro pio usu disponendos <sup>3)</sup>. Item pomerium extra moenia iuxta vallem et fluvium, pomerio S. Annae contiguum. Altarista nullus est; ad duas obligatus lectas (*missas*). Quod ad summam triginta marcarum attinet: medietas huius summae essentialis (nempe 15 marcae) est fixa in lapidea nobilis Alberti Ruskowski, qui solutionem census denegat. Rogat magistratus, ut D. Plebanus id negotii in se recipiat, et vel censum, vel summam eliberet. Ab annis fere 10 census ex haec lapidea non est persolutus. Ex altera medietate summae Magistratus asserit se censum persolvere: sed an ita sit, non constat <sup>4)</sup>.

*Altare S. Laurentii.* Altare hoc olim fuit muratum, conflagratione templi dirutum: cuius locus tan-

<sup>1)</sup>. Nihil horum.

<sup>2)</sup>. Nove ołtarze.

<sup>3)</sup>. Pożyczeli mieszczanie tych pieniędzy połowę na kamienicę jednemu mieszczaninowi, then zniszczał y sprzedał the kamienicę Ruskowskiemu, który nie płaci. Z drugiej połowy płacą mieszczanie. W Sobotę lecta pro mortuo. Nowy fundusz fl. 100 od Urbańskiego: dał je X. Sebastyan Górskiemu na Guźlińską rolę: census 6 fl.

<sup>4)</sup>. Obligatio ex 30 marcis pro fl. 4, alias 5<sup>—</sup> marcis, duo sacra w tydzień: feria 4 defunct. et feria 6 defunct. Confirmatio desideratur Episcopo. O tym uti supra. U mlinarza Koczora 14 fl. summae census 24 gros. Marii Magdaleny od Łukowskiego; unum sacrum feria 2 de BVM.

tum digito monstratur. Foundationis Klobskieh, seu villae Smolsko haeredum. Decimam ex ea villa manipularem habens. Erectio penes Dnum Łączki, haeredem in Smolsko, et iuspatronatus. Mouitorium anno praesenti contra eundem ab Illmo D. Episcopo moderno datum et executum, quo praesentaret Altaristam infra 12 septimanas. Executio Dominica in Albis facta <sup>1)</sup>. Effectus nullus.

*Altare S. Annae.* Pro quo imagines elaborantur impensis civium. Collationis Magistratus Braestensis, ad quod fraternitas S. Annae privilegiata cum indulgentiis eidem fraternitati a Sede Apostolica donatis. Altarista V. Andreas Sobocius <sup>2)</sup>, ecclesiae vicarius. Habet redditus 7 marc. quas Magistratus Braestensis ex antiquo tempore Altaristae est persolvere solitus. Hoc iugum excutere minitantur, nullo se adhuc privilegio astringi asseverantes <sup>3)</sup>.

Idem Altarista habet marc. 2 census liquidi in lapidea R. D. Doctoris Thomae Zakrzewski, obligati ex fundatione olim V. Andreae Vicarii, eiusdem altaris possessoris <sup>4)</sup>. Habet et pomarium extra moenia civitatis, in valle iuxta fluvium a Magistratu huic altari olim donatum <sup>5)</sup>. Portatile habet et apparatus peculiarem Ministerium altaris: Feria 3 qualibet missa solenniter cantata per scholares cum organis et processione cum Venerabili Sacramento <sup>6)</sup>; Feria 6 de Passione Dni lecta ad idem altare <sup>7)</sup>.

*Altare B. M. Virginis.* Altare ad sinistram, tituli Assumptionis B. M. Virginis. Collatores eius Ca-

<sup>1)</sup>. Łączkiego pytać.

<sup>2)</sup>. Stanislaus Zarski.

<sup>3)</sup>. Spostrzigałniej na to nie ma prawa, tylko zwyczaj.— zaś osobno od panów 3 flor. gros. 6, ex fundatione X. Jędrzeja altaristy który dał 40 flor. Panowie mają na ratuszu.

<sup>4)</sup>. De hoc uti supra immediate.

<sup>5)</sup>. Arendy 4 flor.

<sup>6)</sup>. In quartnali.

<sup>7)</sup> Wykupić go pragną od prałatów. Altaristom czterem dają po 10 fl. prałaci, bo tym onerantur altaristae; a bywali dwaj wikarjowie.

pitulum Wladislaviense, seu Plebanus. Altarista cuius olim plebanus ipsemet

Dos huius altaris villa Kuczyna, vendita seu invadiata D. Nicolao Luboński a plebano Braestensi quodam Krzykowski, de quo iam supra. Portatile habet. Ad hoc altare matura Missa quotidie canitur de Assumptione B. M. V. Mausionarii officium exequentur, ratione cuius censum ex Kuczina percipiunt <sup>1)</sup>. Imaginem eleganter depictam posuit super hoc altare Felix Kochański, consul Braestensis, cum toto apparatu.

*Altare Corporis Christi* <sup>2)</sup>. Altare ad sinistram tituli Corporis Christi, in choro minore, muratum olim fuit, cuius nec vestigia quidem manent. Collator huius altaris Plebanus Braestensis, ad quod praesentem consuevit commendarium ecclesiae, qui semper idem concionatoris munus pro more obire solet <sup>3)</sup>. Ratione cuius eidem commendario altaristae suo D. Plebanus ex proventibus parochialibus quotannis persolvit marcas decem. Hoc testimonium dederunt Felix Kochański, consul Braestensis et Jacobus Dolezidura proconsul et Simon Kiernozok, olim ecclesiae Braestensis aedituus.

*Idem asseruerunt:* Pro Cathedra seu Concionatore Braestensi (cuius collator Magistratus Braestensis), fundatum ex antiquo praedium Maszonki, quod ad praesens possidet D. Ruszinowski iure dubitativo Censum tamen quotannis persolvit eidem Magistratui Braestensi marcas 10, a quo et quietationes percipit, quas quidem marcas decem Magistratus Concionatori e vestigio dare consuevit <sup>4)</sup>.

*Altare SS. Omnium.* Altare ad dextram, tituli SS. Omnium, foundationis defunctae Agnetis Woszezybotka, quae pro fraternitate sutorum testamento legaverat flor. 200 numeri polonialis <sup>5)</sup>. Cuius quidem

<sup>1)</sup>. nihil minus.

<sup>2)</sup>. na zamku to była kaplica.

<sup>3)</sup>. Pytać X. Doktora y X. Ługowskiego z strony Maszonek.

<sup>4)</sup>. Praedium praedictum Maszonki a D. Rusinowski iam vindicatum, et villae Barcharcie sub eodem censu incorporatum.

<sup>5)</sup>. Przeniesiono pod kazalnice.

summae essentialis pars flor. 100 penes sutores <sup>1)</sup>, pars altera  $\frac{1}{2}$  flor. 100 apud Fenikowa, quam iuxta intentionem testatoris sutoribus non extradidit haecenus. Ab integra tamen summa census persolvitur flor. 12. Altarista huius pater Stanislaus Ecclesiae Vicarius <sup>2)</sup> obligatus ad lectas duas, scilicet pro peccatis et pro defunctis, sed per decursum huius anni non sunt celebratae ob non solutionem census, quem pro semet accepit D. Plebanus <sup>3)</sup>.

*Capella S. Stanislai seu Praebenda. Capella S. Stanislai in arce Braestensi. Eius Rex patronus.*

Habet decimas ex praediis villarum, scilicet: ex praedio Dobra tenutae Dni Dzialyński; ex praedio Bodzanowo et Bieganowo.

Ad hanc praebendam, villam seu praedium Maszonki non pertinere, arguit census Magistratui Braestensi persolvi solitus <sup>4)</sup>.

*Decimae Parochii* ex villis infrascriptis, iuxta antiquas revisiones.

Decima villae Siedlimino una et molendino pro magistro Scholae Wladislaviensis et post agros sculteti deservit.

Maldratae in Chwaliborz <sup>5)</sup>, loco quarum recipiebatur olim per plebanum Braestensem decima manipularis. Decima manipularis in Muichowice, solvitur

<sup>1)</sup>. nie warowne barzo.

<sup>2)</sup>. Petrus z Dąbrowy.

<sup>3)</sup> U Jego Mości X. Garlińskiego pytaé o 6 złotych.— Przydał 100 fl. X. Piotr, sam bierze censum, summa na kamienicy Kurpizow (?), pro defunctis post mortem.

<sup>4)</sup>. *Nota* Ex mansionariis duabus ex censu 240 florenorum, dostanie się kapłanom ze Straszewa po 60 fl. od prelatów po 10 złotych. i na altaria. *Nota.* Altare novum Litteratorum, fundatum ob occisum Augustianum Straczyk summa 30 marcae, a 30 drugie grzywień Tarczusz, bo zerwana summa 30. Censum 6. flor dant Altarista Ven. Andreas Sobocius. Auxit hoc altare Wolucki 500 flor. które są u pana Starosti Brzeskiego; ma dawać 30 fl. X Jędrzejowi, non habet speciale altare, u wielkiego oltarza syé odprawuje diebus dominicis BV. et primae classis, et feria 5 lecta za Woluckiego. Jest thesz sad fundowani od Mychalowy Siodlarki, arenda plus minus 6 flor.

<sup>5)</sup>. (Falborz).

*Opis Stanislaw!*

forte 30 per D. Capitaneum. Decima in Jądrowice post praedium et 6 mausos. Decima in Kuczina post araturas emetonum. Decima praedialis in Chwalibożek. Decima praedialis in Kruszino et post araturas sex emetonum, quae his annis nec extraduntur, nec solvuntur.

*Villae parochiales.* Brzeście civitas, Rzadkawola, Jądrowice, Mnichowice, Kuczina, Falborz, Staremiasto, Pilhutkowo, Gużlino, Smolsko.

Haeretici in parochia nulli sunt, excepto Nicolao Luboński atheista. <sup>1)</sup>

*Parochus.* R. D. Paulus Gardlinski a Ven. Capitulo Wladislaviensi praesentatus et ab Illmo ac Rmo Domino institutus ante annum unum. Ecclesiam rarissime visitans praefatam <sup>2)</sup>. Administrat eandem per Commendarium R. Matthiam Braestensem S. Theologiae Doctorem, qui et concionatoris munus sustinet, quamquam hic utrumque iam detrectat et deposuisse se affirmat.

Ex antiquis ecclesiae legibus. Ecclesia praeter parochum, Vicarios 4 habere tenetur, seu Vicarios duos et Mansionarios duos.

Ad praesens solus unus Vicarius pater Andreas Sobocius repertus. Mansionarius alter nuper mortuus, alter alio commigravit. Est quidam pater Stanislaus, sed ab officiis ordinariis remotus, officio Sacristiani contentus <sup>3)</sup>.

*Proventus Vicariorum et Ministrorum Ecclesiae.* Commendarius idem et Concionator; ratione salarii percipit ex praetorio Braestensi census Maszonki, ratione cathedrae marcas 10, et a D. Plebano ratione Commendae itidem marcas 10 annuatim. Item decimam

<sup>1)</sup>. Concubinarium w Jądrowicach Kobieliicki.

<sup>2)</sup>. *Nota.* Grosz każdy raz od zalecenia umarlich (od wy-pominków). Item fl. 4 u prelatów z roli Koczorowskich lekty kazdi fer. 2, 6 pro defuneto Sierszowski.

<sup>3)</sup>. *Nota.* Kaznodzieje nie ma. Commenda 60 flor. a praelatis. Sromają się Commendarze krzeiż; jęgo proventi 10 marcae z Maszonki. X. Lęgowski. Z ratusza 50 fl. ex fundatione Sierszowski summa mille flor. decima po poliu Woznickim sto flor. plus minus.

ex agro praediali quodam pro praecone in fundo Rzakawola fundato, manipulare idem habet. Item ex duobus mansis monasterio Braestensi invadiatis census flor. 4. Item donativum a Magistratu quater in anno scilicet pro Paschate, Pentecoste, Omnium SS. et Natalis Dni, per aedituos ad tabulam intra ecclesiam collectum, facit flor. 6 vel 7. Item prandia quotidiana providente Magistratu eidem a civibus concessa.

*Vicarii* duo per decem marcas capiunt census Kuczina. Altaria item habent: alter S. Annae, ratione cuius percipit marcas 7 a Magistratu et pomarium; alter a fraternitate Litteratorum capit flor. 6; prandiis iidem excipiuntur a civibus.

*Mansionarii* a Dno Plebano annuatim fl. 10 circiter capiunt, quibus pensio utcumque ex decreto Rmi Dni nostri aucta.

Ad cursum canendum tam Vicarii quam Mansionarii sunt astricti.

Accidentia omnibus tam Vicariis quam Mansionariis communia.

Schola maturam Missam decantat, ratione cuius percipit a D. Plebano flor. 2.

*Baccalaureum* praesentat Magistratus. Hic salarii habet ex praetorio Braestensi annui marc. 8. Ex accidentibus non participat <sup>1)</sup>.

*Cantori* idem praetorium persolvit annuatim fl. 4. <sup>2)</sup>.

Adstantes seu scholares, qui Sacerdotem ad infirmum sacram Eucharistiam deferentem comitantur cum cantu, ex praetorio in singulos quadrantes capiunt gr. 12. Accidentia peculiaria habent, et his pro more gaudent.

*Sacristianus* est ad ecclesiam Ven. Stanislaus Pępowski actu presbyter, ratione salarii percipit deci-

---

<sup>1)</sup>. Auxit Wolucki flor. 400, census 24 percipit; obligatio: diebus dominicis et festivis debet per se vel per alium iuvare Mansionarios in cantando cursu et Missa.

<sup>2)</sup>. Fl. 8. Baccalaureus (Cantori persolvit). Dzwonne i od śpiewania S. Anny mszy grzywnę. Kozubalec fl. 8.

mam manipulare ex Rzakawola post araturas emetonum duorum <sup>1)</sup>; a D. Plebano item annuatim marcas 2 <sup>2)</sup>.

*Organarius* nullam certam provisionem habet, ad tempus dumtaxat est a Magistratu rato salario conductus <sup>3)</sup>.

Magistratus supplicat Rmo Dno, ut haec et alia onera ex humeris civium et Magistratus deducat et ei cuius maxime interest imponat. Nunc, inquit, pio zelo afficitur populus et ultro multa bona opera facit, post fortasse refrigescet

*Cultus Divinus Ordinarius.* Die dominico et diebus festis Matutinum maius unius nocturni, quo absoluto, Horae minores de B. M. Virgine, quibus finitis, immEDIATE matura missa de Assumptione B. V. canitur per astantes <sup>4)</sup>. Deinde Missa fraternitatis Litteratorum, cantata per eives litteratos. Ultimo tandem summa Missa per scholam decantatur, cum Vesperis, sine Completorio; diebus profestis singulis cursus canitur per unum sacerdotem tantum et unum vetulum caecum, interdum etiam per sutorem quendam devotum <sup>5)</sup>. Praesente Visitatore per sacerdotem tantum unum et vetulum canebatur idque perfunctorie et frigide. Hoc corrigendum restat, alioqui salarium a Plebano Vicarii in eam rem percipiunt, meliorationem salarii iidem affectant. Commendarius huic vetulo donavit hoc anno marcam 1. Operae precium videtur, uti Baccalaureus, praesertim diebus dominicis et festis, ad canendum cursum per se vel substitutum suum accedat et ad participandum de accidentibus cum Vicariis ratione oneris admittatur. Feria 2 cursu absoluto, matura cantata per astantes de Assumptione, quam sequitur cantata sutorum pro peccatis per eosdem astantes. Tandem Summa de die. Feria 3 matura de Assumptione B. V.

1). Na organistę obrócono, co czyni plus minus 15 fl.

2). fl. 4.

3). plus mias 40 flor.

4). Sacerdotes.

5). Singulis diebus Cursus canitur per Sacerdotes.

NB

cf. infra p. 26



Item cantata de S. Anna solenniter per astantes. Ultimo Summa de die. Feria 4 et aliis diebus matura solito more et summa de die, votivis interdum lectis interpositis. Modo hic ordo pulcherrimus ob defectum sacerdotum perturbatur, negligitur et postponitur turpiter.

Cura animarum et administratio spiritualium penes Vicarios et Mansionarios, praecipue vero penes Comendarium.

Infra quadragesimam in excipiendis confessionibus a Conventualibus S. Dominici adjuvantur. Metriculae baptisatorum et contrahentium negligentius scribuntur. Catechismus non recitatur. Decalogus non canitur. Bogarodzica diebus solennibus tantum. Lustralis aqua praeforibus, sed vice aspersorii frustum baculi foedissimi apponitur.

*Victrici Ecclesiae.* Cives bene possessionati ac boni testimonii, Hieronymus Buczacki <sup>1)</sup>, et Sebastianus Odrzygosez. Rationem reddunt Magistratui, praesente Commandario, quotannis. Aerarium ecclesiae prorsus evacuatum, quippe pecunia pro vino, cera, thure, reparatione vestium, etc. consumitur.

*Fraternitates.* Hae sunt: Braxatorum, Sartorum, Sutorum, Mercatorum, Perpolarum, Fabriferrariorum, Figulorum, Sagittariorum.

Ex his quaedam ceroferaria lignea maiora, quaedam tamen cereos habent tenues. Et quaedam ornant et iuvant ecclesiam, Missas pro defunctis et Vigilias celebrari curant, mortuorum corpora tumulant, etc. quaedam vero ista omnia negligunt, quod ad ornamentum Ecclesiae et consolationem piorum valde faceret.

*Indulgentiae.* Litterae indulgentiarum nullae sunt. Usus tamen obtinuit, ut singulorum mensium la dominica cum Ven. Sacramento fiat processio, a primis Vesperis et in Missa summa inclusive <sup>2)</sup>. Item die festo Ss. Petri et Pauli Apostolorum servatur. Et item in fes-

*Odpuisty  
procesyje c. k. k.  
lati*

1). Gregor. Mayronski et Georgius Lamparski.

2). Indultus est a Claudio Larissonio pro perpetua processione.

tis Beatissimae Virg. Assumptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis. Haec observantur absque privilegio et sola consuetudine nituntur. Sola Societas S. Annae privilegium habet insigne a Rmo feliciter moderno Dno Hieronymo comite a Rozrazow episcopo Wladislaviensi confirmatum, in quo et modus conservandae et manutenendae Fraternalitatis ad amussim delineatus.

*Supellex Ecclesiae.* Calices numero decem et novem argentei, quidam ex toto, quidam ex parte inaurati, calix vicesimus fractus. Patinae tamen numero 14. Monstrantiae duae; altera alta orichalcea inaurata, altera humilior argentea tota. Pacificalia maiora et minora argentea 9. Item crux fere cubitalis argentea. Altera itidem argentea minor, cum basi cuprea. Item pacificale argenteum deauratum in sua basi positum. Item ampulae 2 argenteae maiores. Item ampulae argenteae 2 minores. Et ampulae 2 argenteae deauratae. In altari maiore duo candelabra cuprea iusti ponderis. Cassulae numero decem et septem potiores. Cassula tota auro texta cum humerali et cruce gemmis et argento figurata, cum attinentiis. Cassula ex teleto alba cum cruce sericea argenteo filo texta, cum stola et manipulo. Cassula ex sericeo argenteo filo texta, cui crux ex teleto albo data, cum stola et manipulo. Cassula ex adamasco viridis coloris cum cruce procedellae, stola et manipulo. Cassula viridis de kanafaca, cum cruce veluti rubea. Cassula eiusdem materiae cum cruce auro texta et gemmis adornata. Item cassula rubea cum cruce viridi de kanafaca. Item Cassula rubea ex veluto undulato, stellulis aureis florisato cum cruce ex procedella. Cassula rubea coloris diversi cum cruce flavi adamasci. Cassula glauca undulata cum cruce auro texta. Cassula ex veluto rubeo cum cruce figurata auro texta. Cassula de adamasco rubeo cum cruce glauca auro texta. Cassula ex veluto viridi cum cruce auro texta, stola et manipulo. Cassula de adamasco albo cum cruce rubea de rasso. Cassula altera alba de adamasco cum cruce de hatlaso. Cassula nigra de tabino cum cruce ru-

bea coloris varii. Cassula kamchea rubei coloris. Et praeterea aliquot grisei et nigri coloris feriales. Hae omnes fere cum suis pertinentiis. Reperiuntur praeter haec humeralia: Humerale auro textum. Humeralis ex veluto cum laminulis deauratis. Humeralis ex ezambeloto rubeo magnis litteris argenteis inauratis *Ave Maria* intextum. Humeralis rubei coloris litteris gemmatis INRI decoratum. Humeralis veluti nigri litteris gemmatis, *Maria*, ornatum. Humeralis ex veluto viridi, litteris *Maria* et gemmis distinctum. Cappae quatuor: 1. Cappa ex serico auro texto pretiosissima et elegantissima, cum marginibus auro frigiatis et colari cum effigie Transfigurationis Dni gemmis insignito et pomo deaurato. 2. Cappa ex procedella flava cum marginibus, procedellae albae et cuppa argentea deaurata. 3. Cappa ex adamaseo viridi. 4. Cappa nigra de grubrinio, funebris. Dalmaticae 2 ex adamaseo glauco. Dalmaticae aliae 2 ex materia flava instar procedellae. Antependium solenne ex serico auro texto. Antependium de adamaseo diversicolorato. Antependium kamcheum. Antependia duo ex veluto rubeo et nigro: et alia plura varii coloris. Mapparum et mantilium ingens numerus et copia. Albae complures elegantes transformatae. Strophiola altarum alias Szerzenki 5, quaedam aureis, quaedam sericeis filis depictae. Tobalea pro cathedra ornanda tria singularia. Tobaleae pro fonte baptismali tres. Corporalia et purificatoria et pallae elegantes et multo numero. Vela pro calicibus fere 14, idque coloris et materiae diversae. Superpelliciorum pro ministrantibus paria 3. Vexilla 2 nova de adamaseo rubeo, reliqua vetera. Libri complures ecclesiastici ordinarii et extraordinarii, qui in testudine sub inventario asservantur.

*Altaris S. Annae supellex.* Calices 2 argentei cum patenis. Crux argentea parva et 2 ampulae argenteae. Cassula ex procedella cum cruce ex veluto rubeo. Candelabra tria cuprea.

In Altari Omnium SS. candelabra 2 cuprea. In Altari B. Mariae V. portatile et duo magna candelabra stannea.



Est etiam in medio ecclesiae candelabrum pensile cupreum, cervinis cornibus aptatum. Et alia quaedam minutiora, numero prope infinito, quorum omnium sunt diligentes aeditui cum Magistratu inspectores.

*Hospitale Braestense S. Spiritus.* Hospitale extra muros Braestenses tituli S. Spiritus, ligneum, intermedio latere a fronte structum, habens capellam itidem ligneam, seorsim positam et suo coemeterio cinctam, Erectio huius hospitalis antiqua, actis Capituli Wladislaviensis inserta habetur. Ad quod Praepositus legitime institutus. Collator Rex. Eius hospitalis praeposituram pro fundo habet villam Kały desertam cum praedio. Cmetones olim 4, quorum agri pro praedio conversi, quos locat D. Zenkowa annuatim flor. 60. Item mansi 4 in villa regia Sokolowo, quos locat D. Praepositus nobili Kaniewski flor. 20. Item decima praedialis Nakonowo, non solvitur. Huc pertinet decima in Crusechin praedialis, uti ex antiquis revisionibus liquet. Inscriptis hospitali generosus D. Andreas Dambski, Notarius Castrensis Braestensis annui census flor. 7, quibus solvendis obligavit domum suam propriam in civitate Braestensi, intra moenia non procul ab arce sitam. Item ex pomario civis olim dicti Głowka, cuius nunc possessor est Jacobus Dolezidziura, census annui 15 gros. testamento legati. Item ex horto civis dicti Wałęczina gros. 8 census annui.

*Praepositus.* Praepositus Hospitalis R. Matthaens Theologiae Doctor. Residentiam non habet paratam, de qua tamen praecogitat. Hospitale domos habet duas sartas tectas, sublimatione tamen indigent. Tertia deserta per ruinam. Iuxta hospitale est hortus Praepositi, ambiens fere et capellam et ipsum Hospitale, quem pro usu dedit hospitali Praepositus. Capella haec altare habet unum cum portatili integro. Ornatum cum imaginibus renovatis et candelabris duobus cupreis, absque tamen Sacramento Eucharistiae et chrismate, etc. quae asservare in sacello non est tutum, ob sacellum non bene munitum: clausura quippe eius debilissima.

Tectum sacelli latericium, perfluit aliquot in locis; pars chori minoris stramine contacta. Chorus maior

absque tabulato superiore. Quin et sacellum idem non consecratum, per Indultum tamen in eo sacris sacerdos quispiam vel Praepositus interdum operatur, sed nullo scripto nititur. Olim R. D. Sikorski concesserat.

Pauperes habet mares quidem vetulos 12, vetulas 14, pupillos item 5 et aurigam. Disparati mares a feminis, sic disponente D. Praeposito, penu commune. Mensa item communis, ex eleemosinis quotidianis parata. Unde et cum pixide ad portam civitatis utramque invigilant et cum cophino bis in septimana die dominico et feria 6 per civitatem circumeunt. Equum unum habent et currum, propter ligna per aurigam advehenda et administranda. Vaccas 5, quae mulgentur, porcellos duos.

Vietrici, seu curatores huius hospitalis, iidem qui et parochialis ecclesiae. Pecuniam, si quae obvenit hospitali, recipiunt eamque in praesentia consulis et totius Magistratus numerant eorumque iisdem rationem anno exacto faciunt. In paratis habent fere fl. 15.

Conquesti sunt pauperes una et Praepositus, quod Dni Curatores seu tutores, ex mandato consulum pecuniam eleemosinariam, ex pixidibus depromptam, pro usibus parochialis ecclesiae, utpote vino, cera, etc. convertunt, contra intentionem eleemosinariorum. Obviandum malis per commutationem aedituorum: hoc est, ut alii sint aeditui seu Curatores hospitalis, alii ecclesiae parochialis. A multis annis sic factitatum: et creditur hanc iacturam hospitalis in magnam summam excrevisse, quam illi ipsi norunt. In hospitali est una vetula iunior omnibus, quae per benedictiones quasdam mederi consuevit. Mandatum eidem, ne facere hoc praesumat deinceps.

Notandum: R. D. Borucki Canonicum Wladislaviensem pro hospitali Braestensi et Kowaliensi legavisse florenos 400, quae summa deposita est cum assensu regio penes Iudaeos Braestenses, ratione cuius pendunt quotannis pro die festo S. Martini, stamina 9 panni non adeo vilis, coloris nigri, iuxta aestimationem fidelem civium. Interdum pauciora stamina offerunt ratione qualitatis. Medietas huius panni cedit hos-

pitali Braestensi et alia medietas Kovaliensi, ex quo panno sartores Kovalienses utrique hospitali vestes consuere ex praescripto Magistratus Braestensis sunt adstricti, iuxta fundatoris voluntatem et eorundem submissionem voluntariam.

Apparamenta altaris paucissima et propemodum nulla huius capellae. Curta eiusdem supellex. Mutuo a parochiali petuntur omnia. <sup>1)</sup>).

**Kruszyno.**

Villa arcis Braestensis. Ecclesia Tituli Inventionis et Exaltationis S. Crucis et Conceptionis B. M. V. Iurispatronatus Regiae. Consecrata. Anniversarius 1-a dominica post Michaëlis. Indulgentias habet privilegiatas, videlicet a Cardinali quodam eodemque nuncio Apostolico Joanne 100 dierum, praefatae ecclesiae donatas de anno Dni 1515, idque pro festis supranominatis, ac pro festo S. Margaritinae, cum indulto per circuitum templi vel coemeterium processionaliter V. Sacramentum deferendi, quod et observatur hactenus. Est et aliud privilegium indulgentiarum de anno 1530, a plurimis Dnis Episcopis, pro iisdem festis dierum 40, eidem ecclesiae concessarum. Ciborium per D. Joannem Dąbski reparatum. Hic idem imagines altaris maioris elegantius exornari curavit. Baptisterii aqua munda et clausa. Altaria tria cum portatilibus integris, quartum in Ciborio, coemeterium et ossorium curantur.

*Dos Ecclesiae.* Litterae erectionis non inventae. Pro dote habet praedium dictum Sikula, contiguum villae Kruszyno, cum tribus hortulanis et curia. Item tres emetones in villa Kruszyno habet, per quos agros in Si-

<sup>1)</sup>. Erekty na mansionarią nie ma: od Wolickiego 2 tysiące, od Sieroszowskiego drugie dwa, od Wolickiego u pana Starosty Brzeskiego, od Sieroszowskiego u panów Brzeszczan. Starosta daje mansionariis 120, a mieszczanie thesz 120. Intentio Wolickiego curs y matura quotidie, Sieroszowskiego Rorati feria 4.

Confirmaty i Erekty nie masz.

cula excolit. Horum duo in fundo plebanali sunt locati, scilicet in duobus mansis dotis plebanalis, ibidem in villa Kruszyno sitis, tertius dicitur possideri uti in-vadiatus.

*Decimas habet infrascriptas:* Cmetones in Kruszyno 11, olim fuere 15. Ibidem decima cedit post araturas cmetonum parcho, mansis exceptis 3, qui decimam curiae Kruszynensi extradunt, ad ecclesiam Braestensem una cum praediali decima pertinentem.

In Visitationibus antiquis ita habetur. Ex praedio et tabernis tribus decima ecclesiae Braestensi debetur. Item decima Nakonovo villae regiae post araturas cmetonum, non datur. Item decima Zbląg, Capituli Wladislaviensis, non solvitur. Item decima Le-karzowice villa regia, non solvitur; olim pro vicario deserviebat, marcae 14. Item decimae manipulares villarum Podębice, Świętosław, Smolsko, Gluszyno, Osiem-borowice deserta, non solvitur. Pro decima Lyjewo manipulari, rectori scholae tantum flor. 2 solvuntur. Piasta molendinum, alternata cum Ven. Capitulo Wladislaviensi. Item pratum plebanale inter agros cmetonum versus Łagiewniki in ipsa palude situm, proferens foeni currus decem circiter.

*Villae Parochiales:* Kruszyno, Łagiewniki, Nakonowo, Dembice, Czolpinko, Poddembice, Kruszynko, Świętosław, Chomnino, Koszanowo, Sokolowo, Grabce utraque, Nowawieś, Smolsko, Sicuta, Diabelek molendinum. Haereticus in parochia tantum unus Martinus Poddembski.

*Parochus:* Rduus Thomas Zakrzewski, Canonicus Wladislaviensis, non residens. Ecclesia per commendarium regitur V. Albertum a Dobrzyń, habet commendam et formatas litteras. Domus Vicarii iam pene corrui, proinde domum recens in area plebanali extractam inhabitat. A nonnullis in parochia in suspicionem incontinentiae cum sua coetrice vocatus, haec gravium ab eo interdum pulsatur, pulsata tamen non recedit, nec ut eam dimittat persuaderi sibi patitur. Area plebanalis cum horto et holodio, duas domos com-plectens, veterem unam, alteram novam. Domum ve-

terem inquilinus lanio inhabitat, novam Vicarius. Schola ruinosam reparationis eget. Rector cum cantore et scholares fere 24. Catechismus non recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur. In aliis rite obsequendis adhibetur studium et diligentia.

*Victrici.* Victrici ecclesiae 4, ceram provident et reparationem templi etc. at vinum et thus commendarius. Aerarium penes eosdem victricos ita ut unam clavem D. Plebanus, alteram victrici habeant. Rationem reddunt quotannis parochi et parochianis. Huius anni collectam pro sternendo latere templo expendant et usibus ecclesiae. *Fraternitates extinctae* omnino, pro defunctis, tamen iuxta morem orant, celebrant pro defunctis solemniter commendario feria 2 Paschae, feria 2 Pentecostes et in crastino Nativitatis Dni, quibus etiam temporibus vigiliae canuntur. Offertorium autem ministris ecclesiae cedit, commendarius nihilominus in angariis pro defunctis celebrat.

*Hospitale:* Domus hospitalis non procul ab ecclesia in fundo regali, per consensum Dni Capitanei Braestensis, ab annis tribus per quendam fabrum Franciscum, iuvantibus parochianis, extracta cum hypocausto et tribus cubiculis. Habet duos mares vetulos et quinque foeminas, omnes debiles. Vivunt eleemosinarios, separatim habitant, singulis mensibus confidentur et communicant. Feria 4 et 6 litaniam, praecedente commendario, recitant. Hortum habent mediocre. curatores iidem qui et ecclesiae.

*Supellex Ecclesiae.* Calices 3 argentei, quorum 2 deaurati, quartus stanneus. Crux argentea inaurata et altera itidem argentea minor, pacificalia tria, pulvinis assita. Monstrantia argentea, cui affiguntur tres particulae gemmatae ex capistro mulierum donatae, tum et corona annulorum viginti et unius. Pixis V. Sacramenti argentea cum vasculis ligneis. Chrismale stanneum, turrubula 2, caldaria 2. Cassulae duae auro textae, humerale unum cum litteris **AVE MARIA** argenteis deauratis. Cassula nigra ex veluto cum pertinentiis. Cassulae tres de adamasco, albi, viridis, et subnigri coloris. Cassula ex adamasco glauco vetus. Cassula nigra



vetus de harasso. Cassulae duae kamecheae. Cappae duae vetustae. Item antependium horonseceum et alia 4 viliora. Mappae 10 meliores et reliquae viles. Manuteria 14, alia ornatiora numero 5, ex tapbeta et serico. Strophiola alias sezrzyński numero 6. *tuwalnia* Tobalea sericeo filo picta. Superpellicea 2, stragulum super sepulchrum Dni et alia 2 pro scammis ornandis. Tapes 1, scatulae 2, candelabra 5, ampulae 5. Missalia 3. Antiphonalia, psalterium, gradualia 2, agenda nova provincialis, reliquae tres veteres. Biblia sacra et quidam alii manuscripti.

### Kowalie.

Oppidum Regium, Iurispatronatus eiusdem. Ecclesia tituli S. Stephani protomartyris et S. Margarithae et 11 millium virginum, cuius anterior pars murata, posterior lignea. Totum templum latere stratum. Chorus minor etiam testudine munitus et tegula latericia recens contactus <sup>1)</sup>. Anniversarius dedicationis dominica 1-a post Michaëlis. Indulgentias ecclesia haec habet privilegiatas cum facultate processiones cum VII Sacramento solenniter peragendi, videlicet pro die festo S. Stephani protomartyris, Epiphaniarum, Purificationis et pro aliis omnibus B. M. V. diebus festis. inventionis S. Crucis, S. Margarithae, Transfigurationis, dedicationis Ecclesiae, quorum omnium exemplaria autentica magistratus in sacratio asservat.

Altaria ecclesiae numero 6, ornata, cum suis portatilibus integris. Capellae 2, altera S. Stephani meridiem versus, absque fundatione; altera S. Annae, antiquitus fundata. Baptisterium et eiborium sub clausura nitide curantur. Sacrarii item et templi clausura firma. Coemiterium septum. At ossarium tecto meliori indiget.

<sup>1)</sup> Pythać o kielich Lubotyński x. plebana Kowalskiego: Item drugi kielich z Lubotina em patena zginał u złotnika w Poznaniu za X. Kowalskiego plebana.

*Dos Ecclesiae.* Pro dote habuit haec ecclesia ex antiquo villam dictam Żakowice, cuius mansi 16 emetionales et 4 praediales. Haec villa per plebanum kowaliensem Gaiewnicki, pro haereditata regia desertata Pniewii ab annis ferme 30 commutata, in grave detrimentum et notabile damnum praefatae ecclesiae, quae quidem iure a moderno plebano in foro fori repetitur.

Sunt praeterea 2 mansi agri trium omnium camporum in solo et haereditate oppidi Kowalie, singuli sulcorum 16, stadiorum 10 circiter, quos ipsemet D. Plebanus per familiam suam excolit. Habet praeterea portionem agri iuxta praedium castri kowalicensis in uno campo dumtaxat, ad campos villae Pelezyee sitam, quam quidem portionem agri modernus plebanus (quia aliter fieri non poterat) arendavit et arendat Dno Capitaneo loci, qui quotannis ratione arendae persolvit D. Plebano flor. 15 et persolvere est astrictus sive haec pars agri conseminata fuerit sive non. Porro in particula huius agri coemiterium suum Judaei tumulosque posuerunt, deturbandi manent. Pratum plebanale ad Druganie in borea situm, quod foenum sicca tantum aestate suppeditat, humida non item. Lacus tres in borea, sed duo prorsus vadosi usus nullius, tertium item Dziegielewko dictum, ob profunditatem altam piscationem habet incommodam et nullius pene frugis. Circum circa mellificia plura olim fuerunt, nec nulla sunt. Excisio arborum pro usu et necessitate tam ecclesiae quam privata, Dno Plebano kowaliensi in omnibus fundis castri et oppidi Kowalie semper tuit libera, nec etiam nunc interdicitur.

*Decimas item habet modo infrascripto:* Decima ex agro praediali castrensi in Kowale manipularis, quam D. Capitaneus modernus redimit, persolvens D. Plebano quotannis flor. 30. Item decima pecuniaria in oppido Przedecz et in Rybna, villa regia arcis Przedeczensis, ex quolibet laneo per grossum, solvitur. Item decima Łowiszewo manipularis redimitur marcis 2. Decima manipularis in minori Otmianowo. Decimae medietas in Gołoszewo. Decima villae Unieslawice. De-

cima villae Bogusławice, in solutione est. Decima ex praedio Boniewo. Omnes istae villae nobilium et decimae manipulares, quae non solvuntur.

*Parochus:* Rndus Dnus Lucas a Uniejow S. Theologiae Doctor et Archidiaconus Ecclesiae Cathedralis Wladislaviensis, vir pietatis ac omnis virtutis laude commendatissimus, in ornanda sua sponsa et pascendo grege, quem saepissime visitat, vigilantissimus.

Ad ecclesiam duos habet pro more vicarios, quibus et curam animarum et administrationem spiritualium committit. Baccalaureum item et cantorem et campanatorum et organarium, omnes suis salariis contenti, de quibus infra.

Domus plebanalis per D. Plebanum modernum partim reparata, partim magna ex parte impensis non medioeribus de novo elegantetr extructa, commodam praebens D. Plebano et familiae habitationem, annexas habens caulas et holodium, et hortis tribus spaciosis circum circa sita. Hortulani duo ad eosdem hortos locati, sed domus una ad praesens vacat. Huc pertinet pasnalis hortus, alias pastewnik. Inter pomarium capellae S. Annae ex una et domum castrensem ex altera partibus, est piscina extructa. Item eadem curia plebanalis habet hortum in Staromieście inter domos civium Uliczni et Sarah situm. Ibidem in Staromieście alius hortus inter domos civium Partika et Witnekowskie, <sup>1)</sup> qui hortus asseritur esse pro vicariis ecclesiae Kowaliensis fundatus, quo et usu fruuntur vicarii.

Circa ecclesiam sunt domus vicariorum duae, schola item et domus pro organario, aedificata nova. Retro ecclesiam versalis orientem est domus cum insigni pomario, qui deservit altari seu capellae S. Annae.

*Cultus divinus:* Die dominico et diebus festis matutinae canuntur per scholam, quibus absolutis, cursus de B. M. V. per eosdem, duos vicarios, cantorem et campanatorem canitur. Absentes multantur vel pri-

*Sacramenta  
Ab inchoantibus  
ministrantur:  
ad Spiwoko*

<sup>1)</sup>. Commutatio unius horti deserti pro aedificata domo.

vantur refectionibus. Porro hic mos decantandi cursum ab annis 8 circiter, auctoritate et liberalitate Rmi in Christo Patris Domini comitis a Rozdrażow Epi Wladislaviensis introductus, ratione cuius quotannis pendit idem Rmus cursum canentibus flor. 10.

Absolute cursu horario, diebus dominicis et festis Missa de Dominica per literatos, interdum per scholam cantatur. Concludit officium summa. Vesperae tandem tam maiores quam minores absque completorio. Diebus profestis cursus quotidie canitur, quo confecto, feria 2 summa canitur per scholares pro peccatis, iuxta tenorem privilegii penes Magistratum Kovaliensem depositi. Feria 3 de S. Anna per scholares cantata. Feria 4 summa de die. Feria 5 de Corpore Christi cantata. Feria 6 *Humiliavit* seu de passione Dni. Sabbato de Assumptione B. M. V. Lectae per alium vicarium interdum. In 4 temporibus vigiliae mortuorum ratione fraternitatum, quae sunt numero 6, decantantur cum missis pro defunctis. *infra p 34*

Praepositus S. Spiritus et praebendarius S. Nicolai ad parochialem sistunt se, qui et chorum sua praesentia ornant et vicarios in divinis pro suo modulo cum assensu Dni Plebani adiuvant. Porro vicarii suo munere funguntur diligenter, quamquam Martinus vicarius interdum deviat, quem sibi corrigendum sumpsit R. D. Archidiaconus, alter pater Joannes sobrius et probatis moribus, qui et titulo commendae regimen omne ecclesiae sustinet. Metriculae conscribuntur, banna praemittuntur. Catechismus per scholae rectorem intermissus, decalogus item et Bogarodzica. Sed haec omnia ut resumantur, iniunctum est singulis.

*Ministorum Ecclesiae salarii seu redditus.*

1. D. Plebanus vicariis duobus pendit annuatim flor. 14 gr. 3. Idem ex fundatione Borucki capiunt flor. 15.

2. Decimas eisdem donavit ex Przedecz et Rybna flor. 8. Pro decima Łowiszewo marcas 2 polonicales. Item ab Illmo et Rmo feliciter moderno ratione census flor. 8. Hortus eorundem in Staromieście; quo et

usu fruuntur. Accidentia eorundem et peta et columbatio.

Rectori scholae persolvit magistratus ex praetorio salarii annui marcas 3. Judaei eidem marcam unam; peticia eiusdem et accidentia scholae usitata. Vicarii pendunt annuatim campanatori florenos 2. Et cantori flor. 2 ratione eius, quod ab eo in cursu decantando iuvantur. Organarius ad ecclesiam, civis possessionatus, non habet provisionem firmam, inolevit tamen pia consuetudo ut pro eo collecta ex singulis civium domibus fiat per grossum unum cum dimidio, summa facit flor. 10.

Est altare seu capella intra ecclesiam parochialem S. Annae, cuius ad praesens possessor praepositus S. Spiritus. Hoc altare pro dote habet marcas 4 certi annui census, a Vli Capitulo Wladislaviensi solvi consueti, ratione summae essentialis ducentarum marcarum, olim a Magnifica Anna Kościelecka Palatina Braestensi huic altari donatarum; census solvuntur pro die festo Epiphaniarum. Urgendum est Vle Capitulum Wladislaviense, ut ad altare hoc augetur ex hac summa cera. Eiusdem altaris domus retro ecclesiam cum egregio pomario: petunt vicarii hoc deinceps altare pro se suisque successoribus ecclesiae parochialis Kowaliensis incorporari. Suppellex Capellae vide infra.

*Fundatio Alberti Borucki.* Nobilis olim Albertus Borucki, filius olim Borucki dicti Nosek, pro cursu horario in ecclesia parochiali Kowaliensi decantando, ex bonis suis propriis mobilibus, tum et pro capella S. Spiritus et capella S. Nicolai in oppido Kowalie, testamento legavit (quod et actis castrensibus Kowaliensibus et assensu regiae Maiestatis confirmatum est), florenos in moneta polonica mille. Huius summae essentialis persolutio ad successores testatoris devoluta, hoc est ad Dnos Cichowski, Olbierzewski et Giżycki, soceros, qui quidem hanc summam inter se aequa proportionem, uti affines dispertierunt, scilicet per flor. 333 gros. 10, ratione cuius censum praefatae ecclesiae vicariis et capellis praedictis solvere sunt ex praec-

infra p. 33

scripto testamenti perpetuis temporibus adstricti, remptitium. Et quia sua sponte hunc censum persolvere detrectabant, R. D. Błędowski plebanus Kowaliensis, pro eo vindicando egit, quem et ante annos 4 iure lucratus est. Proinde D. Cichowski ex eo tempore a flor. 333 gros. 10 solvit census annui flor. 16, scilicet parochiali flor. 8, capellae S. Spiritus flor. 5, capellae S. Nicolai flor. 3. D. Olbierzewski a flor. 333 gros. 10 census persolvit 14 tantum flor., hoc est parochiali ecclesiae 1, capellae S. Spiritus flor. 4 gros. 10, capellae S. Nicolai flor. 2 gros. 20. Sed hanc summam capitalem asseritur iam deposuisse et alteri cuiusdam tradidisse: cuius rei dicitur esse R. D. Plebanus modernus conscius. D. Giżycki in tribunali Petricoviensi pro 333 flor. 10 gr. tantum 150 recognovit, quos et ibidem ad manus Rdi D. Błędowski uti iurevincientis deposuit seque omni onere exuit. Reliquam vero partem, scilicet 183 flor. gros. 10, quia abiurare peierando paratus erat, manumissus est. R. Dnus autem Błędowski accepta summa 150 flor. ex ea flor. 60 Dno Cichomski pro censu sive augendo sive persolvendo dedit, promittens paulo post se eidem daturum flor. 90 <sup>1)</sup>. Sed hos flor. 90 penes se haecenus detinet, nec Dno Cichomski iuxta condictum tradidit. Dnus vero Cichomski, Dno Błędowski promissa non praestante, censum ab his flor. 60 persolvere denegat. Conqueruntur sacerdotes, quod censu tam per D. Cichomski, quam per D. Błędowski, per hoc triennium defraudentur.

*Villae parochiales:* Kowale oppidum, Pelezyce, Rachultowo, Więclawice, Dobrzeiowice, Zakrzewice, Bogusławice, Łowiszewo, Wola, Gołoszewo.

Haeretici in hac parochia nulli sunt. Veneficae dicuntur esse complures at occultae.

*Supellex Ecclesiae Parochialis:* Calices argentei 12, quorum tres integre inaurati cum patenis. Omnes calices habent suas patenas, una tantum uti inven-

<sup>1)</sup> D. Cichomski censum non solvit ex 60 florenis.

tarium edocet desideratur. Monstrancia argentea deaurata cum Melchisedech. Cruces tres argenteae, quarum duae ad medium deauratae, tertia certis in partibus. Item cruces duae ex orichalco, quarum altera duobus lapillis crystallinis distincta. Pacificale maius argenteum inauratum. Pacificalia 2 minora argentea. Arcae Sacramenti Venerabilis duae argenteae et una cuprea in qua ad infirmos Sacramentum Eucharistiae defertur. Ampulae 2 argenteae deauratae cum operculis. Ampulae stanneae 5. Cassulae numero 17. Cassula ex teletto violaceo cum alba et manipulo cum cruce ex trina aurea. Cassula auro texta coloris rubei cum toto apparatu. Cassula ex veluto nigro cum pertinentiis. Cassula holosericea rubei coloris cum pertinentiis. Cassula auri falsi rubra cum cruce gemmata et toto apparatu. Cassula de adamasco albo florisato cum suo apparatu. Cassula de adamasco viridi undulato cum toto apparatu. Cassula veluti fulvi coloris cum cruce texta figurata. Cassula de adamasco puniceo coloris. Cassula kamechea rubrea. Cassula de saia nigra cum cruce. Cassula ex medio hatlaso grisei coloris. Cassula de czambeletto nigro, vetus. Cassula de adamasco albo cum pertinentiis. Cassula kamechea aureis filis intexta coloris viridis. Cassula ex veluto undulato coloris viridis cum suo apparatu. Cappa de axamento rubro cum cuspa argentea. Cappae minores pro ministrantibus duae kamecheae et de altembasso cum trina alba duae. Dalmaticae duae ex camcha rubea. Dalmaticae duae de adamasco cum subducto lineo. Antependium auri falsi alias szichowe, rubei coloris. Antependium eiusdem materiae viridis coloris. Antependium ceruleum. Antependium ex veluto viridi. Antependium rubeum stellis ornatum. Antependium rubei coloris. Antependium auro textum pro parvo altari. Mappae maiores et minores 45, quarum nonnullae iam vetustate consumptae. Mantilia 27, quorum quaedam viliora. Tobalea altaris 7, filis aureis et sericeis intexta. Tobalea pro cathedra tria, scilicet ex medio rubeo hatlaso 1, altera ex barhano, tertia linea diversicolorata. Telae sericeae et tenuioris

mantilia fere 30. Velum pro monstrancia ex tapheta aurea, aliud velum bissinum grisei coloris, tertium album bombicinum. Monstrancia item velatur trina et corona gemmatis. Tectorium sepulehri pro paraseeves et telae nigrae petium 1. Opercula pulpitorum 3, quorum unum ex medio hatlaso cum cruce. Stragulum pro pariete ornando textum viridie. Corporalia 5 cum custodiis, particula serici rubei 3 ulnarum pro velanda pixide Sacramenti. Vexilla 8 maiora, minora 4. Lampa cuprea ante ciborium pensilis. Lagenae 2 aereae, 3 stanneae. Cantharus stanneus unius quartae. Campanulae cum tintinnabulis 8; caldaria 3 aerea. Turribala cuprea 2; ferramenta duo pro hostiis pin-sendis. Seracula pensilia 9; et alia minutiora multa.

*Bibliotheca:* Biblia sacra. Pars Bibliorum super Prophetas. Pars Bibliorum super Genesim et Exodum. Postilla Nicolai de Lyra. Theophilactus super Evangelia. Postilla altera Nicolai de Lyra super Evangelia. Mariale Sancii de Porta. Pomeriale de Sanctis Parherti de Themeszwar. Rationale divinatorum. Rosarium sermonum fratris Bernardini de Busti. Sermones Floridi de tempore et Sanctis. Sermones de Sanctis Meylardi. Sermones Dominicales Pauli de Ruan. Thesaurus de tempore. Missale de pergamenno. Calepinum. Liber homiliarum incerti auctoris et alius quidam liber in sacris. Missalia 4, quorum unum Romanum. Gradualia duo, Antiphonarium, psalterium et breviarium vetus. Agenda provincialis Petricoviensis et aliae veteres.

*Victrici:* Victrici duo ad ecclesiam possessionati jurati oppidani. Collectam asservant, parati rationem facere iuxta morem Dno Plebano et magistratui civili. In paratis nihil fere habent, eo quod expensas quotidie faciunt, pro cera, vino, thure, reparandis et mundandis vestimentis sacris, potissime vero pro reparanda et sacrienda his temporibus Ecclesia, pro qua sumptus magnos faciunt, praeter eleemosinas, quae partim per R. D. Plebanum, partim per devotos parochianos pie conferuntur.



*Fraternitates* numero sex. Litteratorum, sartorum, sutorum, pellionum, pauperum et figulorum, quarum omnes ceroferraria lignea habent et officia omnia adimplent de more veteri piorum. Missas tamen pro defunctis non curant, praeter dies 4 temporum idque nonnullae tantum, reliquae negligunt.

*Suchebnio ukt.*

*Gravamina Dni Plebani.*

1. Murarius ecclesiae per famulum Vicecapitanei occisus, nec iustitia administrata. 2. Per Vicecapitaneum adolescentes scholares, ob kozubalec a iudaeis extraneis extortum, duo capti, quorum alter crudeliter diu haesit collo incarceratus. Alter per aurigas castrenses trunco inclusus acerrime ita diu funibus flagellatus, ut per spatium horae unius spiritum vix recuperaret. 3. Capitaneus mandat factum, quin et sacerdotes ipsos capere iubet et mulctare. Extant eius ad Vicecapitaneum epistolae.

*Hospitale S. Spiritus.* Extra oppidum iuxta viam regiam locatum. Sacellum habet ligneum, consecratum, a domo hospitalis seiunctum. Dedicacionis dies 1 dominica post Matthaei. Iurispatronatus praetorii kowaliensis. Tituli S. Spiritus nec non B. M. V. et Ss. Dorotheae et Barbarae virginum. Indulgentiae habentur privilegiatae, quarum duo extant exemplaria scripta, sigillata: Alterum a Cardinali Frederico eodem Archiepiscopo Gnesnensi et Episcopo Cracoviensi dierum centum pro qualibet feria 6, de data anni 1495, quae et promulgantur et observantur. Alterum de data anni eiusdem pro 4 praedictis diebus festis, Episcoporum multorum visitantibus sacellum donatum. Est et Veronica consecrata, quam deosculantibus et devote *Pater noster* et *Ave Maria* dicentibus, dierum 40 indulgentia per quendam Suffraganeum Plocensem anno 1481 concessa. Sed haec Veronica iam omnino decolorata, immo quotidiano usu deturpata. Altaria 3, latere structa 2, tertium ligneum. Habent sua ornamenta et portatilia integra. Ciborium in quo et V. Sacramentum Eucharistiae repositum. Liquores sacri non habentur, nec baptisterium. Coemeterium septum, ossorium tectum.

*Dos Capellae seu Hospitalis.* Pro dote habet imprimis agrum sulcorum 8 in omnibus tribus campis, in fundo civitatis situm, et a Ven. olim Petro Mikoszek dicto, eius agri haerede legitimo, capellae huic aeviterne donatum, uti ex actis castrensibus Kowaliensibus anni 1591 liquet. Item alter ager 4 sulcorum, a nobili Stanislae Glinski notario castrensi Kowaliensi, in omnibus tribus campis, haereditario iure eidem capellae donatus. Inscriptio facta anno 1591. Hic ager uterque consensu Regiae Maiestatis de anno 1595 firmatus, qui et a Dno Praeposito hospitalis excolitur, instar 10 stadiorum longitudinis. Pratum habet sub borea in loco paludinoso, minus utile. Horti sunt duo, alter Praepositi, alter hospitalis, a Magnifico Nicolao Kościelecki, capitaneo Braestensi et tennario oppidi Kowalie donati, quam donationem Casimirus Rex Poloniae anno Dni 1474 secreto suo confirmavit. Eius rei privilegium sub sigillo appenso, est penes Dnum Praepositum. Ingrossatum in acta oppidi et castrensia. Et hortus quidem alter, retro domum hospitalis, alter retro domum Praepositi. Decimam item habet manipularem post agros emetonum in villa Pelczyce, quae et extraditur. Unde cassulae sigillinis proveniunt duodecim circiter, totidem grani aestivalis. Hanc decimam Episcopus Wladislaviensis Jacobus de Sienna anno 1471, a mensa sua abstractam, huic capellae cum assensu V-lis Capituli donavit, cuius donationis privilegium extat sigillatum. Census ex legatis Borucki flor. 8 gros. 20. Legatae pecuniae a colono de Rachultowo, nomine Paździorko, marc. 10, quae nondum sunt extortae, praeter flor. 7.

*Praepositus hospitalis.* V. Albertus de Kowalie, vir probus officiique sui non indiligens, quin et bonus pater familiaris. Domus ipsius ex opposito hospitalis, pars vetustate consumpta, pars recens aedificata una cum solario. Area septa et bene clausa cum annexis, pomerio, horto et holodio. Cura animarum ultra hospitale non extenditur, nec sese in eam citra arbitrium Dni Plebani ineegrere praesumit. Sacellum tamen tegulis ligneis tectum, intus apparatu necessario ornatum

et reparatum. Hospitale similiter ligneum, habens hypocaustum cum balneo pro pauperibus per Dnum Praepositum exaedificato et cubiculis duobus, cuius tectum reficitur. Pauperes tenet 12, masculos 5, reliquas vetulas et pupillos duos. Iuxta praescriptum Rsmi Dni nostri mensam communem, penu etiam commune habent, in quo et eleemosinae collectae, ex quibus victitant, reponuntur. Vaccas 6 habent lactantes, oves 18, agnellos 10. Dnus Praepositus eisdem pro victu et sustentatione quotanni confert coretos 10 siliginis, 4 coretos hordei, tritici cor. 3, scruti seu milli cor. 2, pisae cor. 3, seminis lini cor. 2, porcos duos altiles. Tertiam item partem eleemosinarum, quam sibi antecessores vindicabant, hic modernus Praepositus hospitali donavit, excepta parte tertia lacticiniorm, quam pro alenda sua familia, etiam hospitali deservienti, usurpat. Pixidem habent, ex qua pecunia cedit pro usu hospitalis solius. Cum cophino etiam ter in septimana per oppidum obambulant, interdum per rura et villas. Omnia cedunt collecta in usus pauperum. Iisdem ex dotatione Rdi Joannis Borucki tunicas paratas quotannis eiusdem hospitalis pauperes 12 percipiunt. Census hunc panni iudaei Braestenses pendunt, penes quos summa principalis est ex antiquo deposita. Calceorum item paria 12 iisdem pauperibus sutores Kowalienses, ex fundatione eiusdem Dni Borucki, medicinae doctoris, Regis Sigismundi I physici, suppeditant annuatim. Confitentur et communicant diebus sollemnibus. Littanias, praeunte vetulo quodam vel ipso Dno Praeposito, recitant. Leges nullas scriptas habent. Praepositus etiam nimium in eos lenis ac mitis, unde nonnulli dissolutius vivunt, rixas et contentiones exercent, clamores etiam praesente Visitatore excitant, una praesertim caeca, at iuvenis ancilla seu mulier, quam uti a reliquis pauperibus gravius accusatam, ut Dominus Praepositus hospitali eiciat, mandatam accepit. Lecta Missa in hebdomada aliquoties, scilicet die Dominico, feria 2, feria 6 et quolibet festo. Cantata etiam pro festo Dedicationis et feria 3 Paschae et feria 3 Pentecostes et S. Dorotheae et interdum *Rorate* in Adventu.

cf. supra p. 27

*Supellex.* Calices 2 argentei, quorum unus in toto deauratus cum patena. Crux argentea semiinaurata. Pacificale argenteum exiguum cum reliquiis. Pixis sacramentalis cuprea, in qua vasculum argenteum. Sacculi mundi. Cassula nova de veluto violaceo aureis filis intexto cum cruce ex trina argentea et attinentiis. Cassula nova de raso seu hatlaso coelestini coloris, cum trina aurea et attinentiis. Cassula veluti rubei cum cruce figurata. Cassulae 2 veteres, rubrae et viridis materiae, quarum vix iam aliquis usus, cum apparamentis. Mappae 20; mantilia 10. Tobalea altarium 5, vela pro calicibus 3. Mantilia telae tenuioris quinque, corporalia 4, pallae 4, scatulae 2. Scrinia 2, ferro munita. Par 1 vexillorum, candelabra stannea 4, campana 1 et signans 1, manuales campanulae 4, ahena 2, serae pensiles 2. Missalia 3. Agenda scripta. Psalterium pergamenium.

*Capella seu Praebenda S. Nicolai.* Murata, iuxta arcem sita. Fundata pro praebendario et praebenda arcis Kowaliensis, collationis Regiae. Chorus minor tegula latericia, maior tegula lignea tectus. De consecratione eius non constat, nam nec Anniversarius dedicationis celebratur, quamquam mentio dedicationis in quodam exemplari Indulgentiarum habetur. Possibile hunc diem festum Dedicationis ob diu desolatam capellam intermissum. Missae nihilominus per Praebendarium expediuntur, sed sine praescripto et ordine; errorem hunc Praebendarius agnoscit et causatur se, si quid est muneris ac officii debiti, ignorance praetermittere, eo quod nunquam erectionem viderit. Ipsa quoque capella annos ferme 40 desolatissima et profanata mansit. Nunc tandem per modernum Praebendarium restaurata et ornata suoque debito cultui restituta, in qua etiam Praebendarius lectas Missas aliquoties interdum in septimana celebrat. Indulgentias haec capella habet a Cardinalibus 12, in uno exemplari donatas, de data anni 1400, in eum usum, ut quicumque confessi et contriti capellam praedictam pro festo S. Nicolai et Assumptionis B. M. V. et Dedicationis et Nativitatis Dni et pro die festo Paschae visitaverint, dies

100 Indulgentiarum ex beneficio singulorum obtinerent. Est item aliud exemplar Indulgentiarum a Francisco Cardinali Nuncio in Poloniam Apostolico anno Dni 1572 eidem capellae consecratum, in eum usum, ut processio cum Sacramento Venerabili ex parochiali ad eam capellam diebus festis S. Nicolai, Martini, Valentini, feria 2 Paschae, feria 2 Pentecostes, tantum ad Missam summam inclusive, haberetur. Visitantibus autem tunc capellam praedictam contritis et confessis dies indulgentiarum 100 dati; usus harum observatur.

*Praebendarius:* V-lis Gregorius Maj, actu presbyter dioec. Cracov., formatas habens absque commenda. Incedit comatus, quo nomine Rmus Ploecensis eo viso ipsum reprehendebat. Curiae obligatus castri Kowaliensis, scribae in se seu factoris primarii in se officium recepit. Absque superpellicio in templum parochiale die festo venit. Saecularibus nimium implicatur, quamquam hanc praebendam, pene iam extinctam, egregie recuperat, quin etiam favore Dni Capitanei usus, plura recuperare intendit.

Capella habet altaria 3, duo murata, tertium ligneum, sine tabulis, maius tamen imaginem habet Crucifixi. Portatilia 2 integra. Ciborium, in quo et V-le Sacramentum in scatula velo sericeo albo velata repositum. In casu necessitatis, hieme praesertim, paratus Eucharistiam porrigere infirmis cum assensu Dni Plebani. Concio nunquam habetur, praeterquam tunc temporis quando cum Ali Sacramento ex parochiali processionaliter venit.

*Dos Capellae.* Decima post agros emetonaes in villa regia Dobra, manipularis, quae per Praebendarium Pieniążek ab annis 60 circiter per contractum privatum cum Magnifico Dno Kościelecki palatino Braestensi pecuniaria facta. Ad praesens haec villa tenutae generosi Dni Michaelis Działyński, qui ratione manipularis decimae persolvit quotannis Praebendario marcas 50 numeri pol. Ex praedio vero deservit praebendae castri Braestensis. Notandum, ex decreto Tribunalis et vi inscriptionis actis Braestensibus insertae, tenutarius villae Dobra tenetur quo-

ad Kult. W. S. J. v.

Wojciechowski

tannis marcas 50 ad acta castri Kowaliensis Praebendario, sine ullo strepitu iuris, reponere. Hoc decretum cum inscriptione necessario actis Consistorii restat inserendum. Item in pago Czerlewice 2 mansi, e quibus census annuus non solvitur, pro quo vindicando iure expetitur Praebendarius, (cessavit, quia timet minas Dni Borucki, qui hos mansos occupavit). Item Capitaneus Kowaliensis tenetur pro vino ad capellam dare quotannis sexagenas tres, et vocantur Grodzkie, non solvuntur. Item ex fundatione Dni Borucki percipit flor. 5 gros. 20. Item census ex domibus 12 in Kowalie et una area deserta, facit flor. 5 gros. 15. Hae domus 12, circumeirea capellam S. Nicolai situatae, in fundo capellae eiusdem proprio, quae quidem domus sunt acticatae in castro Kowaliensi et nonnullae harum in actis oppidi ante annos fere 50. Extractus habet Praebendarius omnes, actis Consistorii utiliter inserendos, de quo serio admonitus Praebendarius, alioqui hae domus vicinae castro, periculoso sunt sitae loco, ac verendum, ne Capitaneus raptor quispiam, eas uti castrenses castro adiungat. Item legatae pecuniae a Paździorek colono de Rachultowo, marcae 10, quas inscripsit Bajak de Rachultowo in agro civili, et solvit census Praebendario annuatim flor. 1. Item domus Praebendarii elegans et satis commoda, cum area arboribus consita, per eundem Praebendarium modernum in fundo arcis nuper constructa. Haec domus cum sua area est privilegiata, et consensu regis Sigismundi III assecurata; sepimento eadem bene munita.

*Supellex:* Missale Romanum novum et Agenda nova Petricoviensis. Calix argenteus deauratus in parte cum patena. Crux parva argentea simplex. Cassula de veluto rubeo vetus, cum apparatu. Cassula de adamasco nigro cum attinentiis. Cassula kamhea flava sine apparatu. Cassula viridis, aureis filis contexta, cum apparatu. Mappae 3 de cwelicho, simplices 6. Mantilia 4, szerzinki seu tobalea 4. Vela pro calicibus 3. Corporalia 4. Campana signans in vertice

templi, manuales 4, quarum una maior pro signante haberi potest. Duo paria ampullarum. Antependia 6, scilicet de mulhaiero rubeo et ceruleo, duo item sericea intermixti coloris, et duo vetera simplicia stragulata. Vexilla 2, candelabra lignea tantum. Candelabrum ex cornu cervino ferro aptatum pensile. Scrinium nullum est. Sacrarium tantum munitum per eundem Praebendarium exstructum. Capella haec ab intus picturis est recentibus eleganter per eundem decorata, chorus minor a maiore cancellis altis separatus, unde et non cuivis patet ad chorum minorem aditus.

*Supellex altaris seu Capellae S. Annae in Parochiali Kowaliensi, sub Capellano D. Praeposito S. Spiritus talis est:* Calix argenteus fixus cum patena; ampulae 2 argenteae deauratae. Pacificale argenteum inauratum, parvum. Cassula nigri veteris veluti, cum pertinentiis, cum cruce auro texta figurata, et humerali auro texto cum figuris. Cassula de adamasco viridi, cum attinentiis. Cassula veluti rubri, cum attinentiis. Cassula coelestini coloris sericea, cum attinentiis. Mappae 6, mantilia 3, tobalea altaris 1. Candelabra 2 cuprea; portatile supermuratum integrum. Ceroferaria lignea ante altare posita. Cista et arca pro casulis et vasis sacris in eadem capella locata.

Huc pertinet domus et census, de quo supra.

### Sancti Marci Sacellum.

(*In parochia Kruszyn*). Juxta viam regiam e Kruszyno versus Kowalie tendentem, est sacellum quoddam in solo parochiali Kruszynensi situm, ad molendinum Diabelek dictum, accolae vocant S. Marci. Et primitus quidem statua fuit eo loci posita, ex visione quadam nata, quae et modo exstat. Tandem successu temporis et sacellum ligneum per molitorem eius loci exstructum, quod ad praesens stat, nudum, neglectum, vacuum, tecto lacero, sine clausura et fenestris, altare absque tabulis. Semel in anno pro festo die S. Marci eo ingens undique confluit populus,

eleemosinas lardi, butyri, casei offerens, concionantibus, interim et divina celebrantibus sacerdotibus, ex vicinis locis Kruszyno, Śmiełowice et interdum Kowalie. Oblationum vero pars praecipua et cetera fere omnis, Commendario cedit Kruszynensi, quam ille velut iure suo sibi usurpat. De miraculis ibidem factis nihil a quoquam referri potuit, praeter haec duo hic posita. I. Narratur, quondam vectorem quendam iuxta eum locum caeno cum curru profundius immersum seu irretitum, ex eo loco omni vi et ope adhibita, evadere nullo modo potuisse. Qui tandem invocato nomine S. Marci, miraculose, nullo negotio in tutum evasit et eo nomine impensas ad construendum sacellum reliquit.

*Cecidit in Martha*

II. Narratur, item et mulierem quandam ex districtu Dobrzynensi seu Plocensi paralyticam, voti persolvendi causa eo per maritum deductam, in reditu tandem sopore dulci et alto pressam, quae a somno excitata, incolumitati mansit restituta. Praeter haec duo, nihil referri potuit amplius.

### Lubraniec.

Oppidum nobilium <sup>1)</sup>. Ecclesia Conventualis eademque parochialis tituli B. M. V. et S. Joannis Baptistae. Cuius anniversarius dedicationis dominica post Michaëlis prima. Circa ecclesiam haec Canonici Regulares ordinis S. Augustini residebant olim, uti et residere deberent, Rsmo Dno Episcopo Wladislaviensi uti Lociordinario subiecti, anno Dni 1498 per Rmum olim Lubrański Episcopum Posnaniensem fundati.

Ad hanc ecclesiam duae ecclesiae parochiales pertinent: altera in Zgłowiątka 1514, altera in Bytom villa regali, anno Dni 1516, quas praepositus Lubraucensis per vicarios administrat. Erectionem huius monasterii autenticam modernus praepositus Ambro-

---

<sup>1)</sup> Dominorum Modliszewskich.



sius Lubiszowski, apud Mf. Dnum Kretkowski Castellanium Braestensem deposuit, eandemque ibidem cum aliis ecclesiae privilegiis asservat <sup>1)</sup>. Jurispatronatus, iuxta vim erectionis a fundatore, praeposito Kłodawienſi et eius Collegio donatum, in cuius autentico haec, quae sequuntur, habentur. „Praeterea volumus et ordinamus, quia praepositus pro tempore existens in Kłodawa et totum Collegium ipsius ecclesiae, per Collegium Lubranense et praepositum Kłodawienſem ius et potestatem habeant inter praepositos et canonicos confratres ad Collegium Lubranense eligendi, deputandi, pro tempore, nobisque successoribus nostris eos praesentandi; sicque eiusdem Praepositurae in Lubraniec, quoties vacatio per cessum vel decessum contigerit, totiens nobis successoribusque nostris novos praepositos, per praepositum Kłodawienſem et Collegium Lubranense debeat praesentari et investri, qui quidem electionem facient et facere debent inter fratres Collegii Lubraniec, aut si de illis eligi non posset praepositus, extunc de Collegio Kłodawienſi decernimus eligendum, per quod provisum esse volumus: quia ipsa ecclesia in Lubraniec, nec debeat nec possit unquam in ullam, tamquam ad ecclesiam alteram redigi, aut mutari, sed perpetuo obtinebit praesentem erectionem.“ Haec ibi; verum ab annis fere 30, nullus est in hoc monasterio monachus, per saecularem sacerdotem hunc vel illum inservitur ecclesiae.

Indulgentiae cum processione Ven. Sacramenti pro prima feria 5 mensis cuiuslibet. Item pro festo Paschae, Joannis Baptistae, Natalis Dni, Dedicacionis, a Sede Apostolica antiquitus Conventui Lubranensi donatae, quarum iam evanescente Conventu nullus usus. Autenticum harum indulgentiarum privilegium in arce Lubranensi depositum servatur <sup>2)</sup>. Ciborium et baptisterium clauduntur, eorumque munda curatio. Liquores sacri ex Kłobia Regali viciniore desumpti. Vas-

---

<sup>1)</sup> Szukać jej w kancelariej biskupa krakowskiego.

<sup>2)</sup> Panowie Modliszowscy mają i do Rzymu wzięli.

culum pro Eucharistia in Ciborio argenteum elegans. Chrismale cupreum. Altaria 4 cum duobus portatilibus, in ciborio tertium. Templum ante biennium sartum tectum, uno tamen loco iniuriis caeli et pluviae apertum, ita ut periculum grande testudini, aqua in illud defluente, immineat et nisi tectum sacriatur, dubio procul inevitabile. Clausura templi et sacrarii et testudinis penes aream conventualem extracta, non adeo infirma. Coemiterium latere cinctum, non tamen clausum. Ossorium absque tecto; campanile tectum, cuius tamen latera patent. Imagines altarium obliterate, renovationis indigent.

*Praepositus:* Praepositus Lubranensis ecclesiae Vlis Ambrosius Lubiszowski presbyter saecularis, anno 1576 ad hanc ecclesiam a Rsmo Dno Karnkowski institutus, residet. Verum ob certas et gravissimas rationes, hoc ipso anno, maxime vero ob desolatam ecclesiam et neglectum cultum divinum, ab Illmo et Rmo Dno Hieronimo comite a Rozdrażow Episcopo Wladislaviensi feliciter moderno, praemissa excommunicatione, destitutus, ad monasterium nihilominus manet, a sacris tantum abstinet, ita ut nec horas quidem canonicas recitet, asserens id sibi excommunicato minus licere. Ociatur igitur, cum paroehianis saecularibus conversando, rem familiarem nihil curando, ecclesiam prorsus negligendo, cum vulgo et popularibus aleatoriam exercendo, quod ipsum inter alias causas, ad inopiam et paupertatem summam redegit, ita ut quod manducet non habeat miser; obaeratum se et omnino exhaustum, iuridicis pro bono ecclesiae litibus asserit, qua tamen contumelia se liberatum, datis in arendam praediis, magna iam ex parte, asseverat. Cura animarum penes sacerdotem Stanislaum Cieśliński, dioecesis Plocensis, absque commenda. Huius vitae ratio turpissima et omnibus naevis foede maculata, nullam fere vel vocationis vel pietatis spem praeseferens. Idiota, ganeo, tabernarius, quotidianus aleator, litigiosus, notorius concubinarius, duos cum ea liberos habens, hanc pellicem publice, conducto ei in oppido hospitio, nutrit, qua etiam in Kłobia regia ma-

nens, turpiter abusus est, sed et insuper hospicium commune, Hunc ad Zgłowiątka praepositus transferre intendit, sed ne in Lubraniec ecclesia prorsus sacerdote destitueretur et eius discessu orbata relinqueretur, ad tempus in Lubraniec per Visitatorem residere iussus. Visitatori ad Zgłowiątka inter visitandum venire iussus, parere contempsit. Vnde et eidem, negotium procurandi sacra Eucharistia in remota villa parochiali, infirmum facessit. Est et sacerdos ad ecclesiam caecus, nomine Gaspar, qui pro talento sibi dato concionari consuevit, sed et hic pessime audit. Domum habet extra clastrum propriam, quam cum sua meretrice, 3 vel 4 ex ea pueros habens, inhabitat, uti relatam est. Et licet sit caecus, lites tamen cum oppidanis eiere solet. Et parum abfuit, quin sacerdotem illum cultello laederet. In taberna item frequentissimus, ingenio pollet, nec suam, in quibus potest, ecclesiae operam et sedulitatem denegat. Tecta conventualia cum parietibus, gradibus et aliis attinentiis, ad ruinam propendent, nec quicquam horum semel corruptum reparatur aut sareitur.

*Dos Ecclesiae Lubranensis.* Dos huius Conventus, duabus parochialibus incorporatis aucta, fuit quondam dives, quippe ex depositione certorum hominum, 12 fratres conventuales una cum familia numerosa solebat alere, pecunia nihilosecius superabundante. Florebat haec conventualis ad decessum Rdi Hippoliti Luboradzki, ante annos 30 praemortui, quo defuncto, Dnus Jacobus Chlewiski, haeres in Lubraniec, haereticus, illi ecclesiae valde infestus, veritus ne Klodawiensis praepositus, secundum erectionis tenorem, praepositum legitime electum Conventui sisteret, vi et violenter manu armata expulsis, qui superfuerant, fratribus, Conventum occupavit, ecclesiam clausit, villas et praedia aggressus, pecora et pecudes abegit, horrea diripuit, victum praeterea omnem suis asseclis depastus est. Quod videns Capitaneus Radziejowiensis Raphael Leszczynski, haereseos promotor acerrimus, villae regiae Bithom tenutarius, expulso ab ecclesia Bithomiensi Commendario, domum plebanalem

una cum villa praediali parochiali Popowiczki, in quo 8 emetones <sup>1)</sup> fuerunt, vi occupavit. Reliqui item, id quod reliquum erat in oppido fundorum, arearum, hortorum, domorum, ex consensu Dni Chlewiski, pro se usurparunt. Externi etiam molendina in Lenczyca et Janiszewo occuparunt, solutione et pensione deinceps ex eo tempore Conventui denegata <sup>2)</sup>. Duravit haec Conventus Lubranensis devastatio per Dnum Chlewiski intervallo 8 hebdomadarum, donec tandem fratrem suum patruelem Joannem Chlewiski, actu quidem presbyterum, sed saecularem, ei Conventui substituerat, quem et ab eodem praesentatum (sed furtivo iure) Rsmus Dnus Episcopus Karnkowski investierat. Vixit annis ferme 4, nec per id temporis alienata recuperabat. Successit eidem Vlis Ambrosius Lubiszowski, ab eodem, uti propinquo suo, praesentatus, sacerdos itidem saecularis, a Rsmo Dno Karnkowski Episcopo Wladislaviensi anno Dni 1576 investitus, qui titulum praepositi praesefrens, iuraque et privilegia pro manibus habens, suo et Conventus nomine, parochialem Bitom una cum pago Popowiczki per annos 13, primum a Castro, tum a Pstrokoński Castellano possessam, tandem ex faucibus eorum iure vindicavit, annis fere 16 iuridice pro ea magnis impensis elaborans. Hactenus etiam idem praepositus pro vindicando molendino Janiszewo et censu 35 hungaricorum aureorum ex castro seu teloneo Radzieiowiensi, iure reemptio debitorum, ab annis 8 iure experitur, nec adhuc effectum est sortitus; quantum tamen ex monumentis et processu iuris apparet, in proximo est, ut sortiatur, quippe disceptant inter se Dnus Stadnicki et Dnus Capitaneus Radzieiowiensis, uter eorum solvere debeat, expectatur interim decretum Sermi Regis, alioque principale, iam decreto Regis obtentum. Molendinum Lanciense equinum desolatum, vacat, in summa certa ecclesiae Lubranensi obligatum. Extat privilegium.

---

<sup>1)</sup> a teraz 2.

<sup>2)</sup> tak y teraz spustoszał młyn w Janiszewie.

*In summa.* Ad hanc ecclesiam pertinent hi redditus, qui sequuntur. Lubraniec habet dotem propriam et peculiarem: Praedium Borek, metis certis et limitibus distinctum, versus Sulkowo situm. Penes ecclesiam versus oppidum est domuncula, in fundo ecclesiae sita, est ibidem et schola. Habet et hortum spaciosum iuxta viam publicam, versus arcem Conventui contiguum, a praeposito moderno consemnatum. Eo loci fuit olim domus Conventualis, cum caulis, stabulis, horreis, quae a multo tempore devastata, interierunt. Habet hic hortus pomarium et piscinam <sup>1)</sup>. Sunt alii tres horti, ultra monasterium iuxta fluvium siti, ripam fluvii attingentes et piscationem liberam habentes. Verum hi horti per Dnum Chlewiski occupati, oppidanis ex censu traditi sunt, qui et ab eisdem hactenus possidentur. Censum oppidani persolvunt ad curiam, ex horto quolibet per capones 4 Habet item haec ecclesia mansos agri duos, per Lascarium quondam haeredem de Lubraniec, in fundo Lubraniec sitos, ut ex actis Consistorii Wladislaviensis liquet, anno Dni 1455. Verum mansum unum (ex depositione ac testimonio oppidanorum) possidet oppidanus dictus Sezdroch, alterum vidua Kozłowa, nullo iure, quos olim ad usufruendum antecessoribus ipsorum Hippolytus Laboradzki praepositus Lubranensis concesserat. Habet item, iuxta privilegium autenticum, Dnus Praepositus liberam piscationem in fluvio usque ad praedium Borek inclusive, quae nec moderno Praeposito denegatur, licet verbo interdum. Est et braxatorium cum brasco in fundo ecclesiae, ab oppidano quodam sutore exaedificatum, quod ad praesens ab Alberto Jajko possidetur. Habet et hortum adiacentem, censum curiae persolvens 4 capones. Est item privilegium expressum habens censum rempitiuum, in capitaneatu Radziciowiensi obligatum flor. 35 hungaricalium, a summa 700 flor. per fundatorem olim Rsmum Dnum Lubrański Episcopum

<sup>1)</sup> Sto sześćdziesiąt złotych panowie Modliszewscy dają za wszystkie dziesięciny klasztorowi,

Posnaniensem Conventui legatorum. Item est molendinum Janiszewo. tenutae D. Kobieliicki, ex quo mensura septima D. Praeposito Lubranensi deservit. Et molitio, alias mliwo, pro suo et Conventus Lubranensis usu proprio, in eodem molendino libera. Fundatio huius molendini per Mfcum Dnum Nicolaum de Lubraniec Palatinum Posnaniensem anno 1523 facta, cuius et erectio exstat. Est item molendinum Lanciense, equini braxatorii, censu reempticio obligatum in summa 316 flor., sed hoc molendinum ab annis 36 vacat, nec census solvitur <sup>2)</sup>).

*Decimae ex villis et agris infrascriptis.* Decimae manipulares Conventus Lubranensis ex agris oppidanorum et ex praedio Lubranensi et ex 8 mansis emetonalibus, inter agros oppidanorum sitos et ex agris Kalny Redecz et Magna Redecz, tam emetonalibus quam praedialibus et ex villa Dobiczino cum praedio et ex praedio Turowo et ex villa Kazon et ex minori Lubraniec cum praedio, quae quidem decimae non extraduntur, nec solvuntur ab eo tempore et anno, quo Dnus Chlewiski haeres, de quo supra dictum est, Conventum invaserat, oppresserat et annihilaverat. Has haereditates omnes successor ipsius Dnus Modliszewski, pro tempore moderno possidet, non eas, licet catholicus, iuxta vim erectionis et privilegiorum, decimare Praeposito permittit. Cuius rei admonitus, ad compositionem provocat laudatam, ipse vero interim eas praesertim decimat, partim pro arbitrio suo disponit. Ex testimonio Praepositi et oppidanorum, hae decimae taxari possunt ad 1200 flor. Citatus iam proxima terrestri citatione a Praeposito, exarsit mirum in modum, unde et fores bene munitas, quaerendo erectionem et privilegia decimarum, adhibitis ad id ferifabris, in templo Lubranensi vi aperiri fecit nuper, sed spe frustratus, abiit. Autumant DD. Parochiani, Dm. Modliszewski id agere, moliri et intendere, quo a solvendis decimis se extricare posset.

<sup>2)</sup> Z Popowiczek arendi 60 fl., z Zglowiutki arendi 60 fl., z Bytonia y Stroszewa 60 fl., Rodzi się na Borku 150 kop.

Sunt praeterea aliae decimae huc pertinentes, scilicet: decima Ossowo praedialis, decima Biernaczie praedialis, decima Zachczice, decima Kobieliska, quas Domini haeredes, eodem exemplo exstimulati, solvere ac pendere desierunt, nec haecenus solvunt.

### Zgłowiątka.

Incorporata Lubranensi Conventui, habet sanctuarium, certis graniciebus circumscriptum, in cuius fundo ecclesia est cum suis domunculis exaedificata. Domus praedialis, cum caulis et holodio, sed non septa. Praeter praedium habet 2 mansos agri in praedio Borek, quod antiquitus est ecclesiae Lubranensis proprium.

*Decimas habet istas manipulares:* Decima manipularis in Sulkowo, Sulkowko, et Skowronkowo secundo anno, propter alternatam cum Capitulo Wladislawiensi, per 6 marcas venditur citra vel ultra <sup>1)</sup>. Dnus Georgius Sulkowski, ratione suae sortis in maiori Sulkowo, solvit quotannis praeposito Lubranensi flor. 6 <sup>2)</sup>. Item decima Borzygniów et Grodziec <sup>3)</sup>. Item decima Żydowo et Janiszewo manipularis post araturas emettonum <sup>4)</sup>. Item decima Janiszewko praedialis. Item Wola Sosnowa. Item Żydowko et Wrzossowo. Item Siemienowo maior et minor cum praediis. Item Kwilino et Chamieez. Item Mirzyno et Mirzynko, quae omnes non decimantur, nec quicquam solvitur.

*Zgłowiątka.* Praedium Lubranensis praepositi. Ecclesia ibidem parochialis tituli Nativitatis B. M. V., Matris, incorporata ecclesiae Lubranensi anno Dni 1514. Anniversarius dominica I post Michaëlis. Monumenta indulgentiarum non reperiuntur, usus tamen obtinuit etiam ex remotissimis locis pro diebus festis Nativitatis et Annuntiationis B. M. V. ut populus ad sua vota

1). nihil.

2). nihil datur.

3). nihil.

4). marcas 5 bez czegoś.

offerenda conveniret, quo tempore venalia plurima instar fori circum ecclesiam fiebant, quae D. Jacobus Chlewiski, pro eodem die ad Lubraniec vi usus transtulit, promulgatis in Lubraniec pro eodem die nundinis ea mentione, ut et usum indulgentiarum annihilaret et populum a visitanda ecclesia illa averteret, quod magna ex parte perfecit.

Erectio huius ecclesiae penes praepositum Lubranensem. una cum aliis ecclesiae Lubranensis privilegiis. Templum muratum, tegula latericia bene tectum, intus elegans et ornatum, uimirum per nobilem D. Stanislaum Kobieliicki, recens picturis elegantioribus in utroque choro cum suo tabulato superiore, impensa 100 et ultra flor. exornatum.

Altaria tria, quorum tabulae partim per eundem D. Kobieliicki, partim per D. Michaëlem Lubieniecki renovatae. Porticus seu vestibulum ecclesiae muratum corruit, at per D. Stanislaum Kobieliicki ligneum intermedio latere paratur. Coemiterium non septum, fossa tamen munitum. Campanile et ossorium integra. Ciborium mundum, at sine pixide, in vasculo ligneo Sacramentum Eucharistiae asservatur, sacco sordidissimo clausum. Baptisterii aqua munda, sed absque clausura. Portatilia duo integra, alterum altaris maioris, alterum in ciborio <sup>1)</sup>).

*Dos Ecclesiae.* Praedium parochiale ibidem limitibus suis definitum, in cuius medietullo ecclesia est posita.

Domus praedialis noviter est ab annis 5 constructa, cum hypocausto et conclavi, caulis et allodio, sed non circumsepta. Ad ecclesiam schola noviter constructa, sed domus Vicarii ruinoso. Eadem ecclesia antiquitus habet duos mansos in campo praediali Borek. Arendatur hoc praedium a D. Praeposito Lubranensi oppidanis <sup>2)</sup>),

Decimas habet complures haec ecclesia, de quibus vide titulo Lubraniec.

<sup>1)</sup>. Xiąg mają kupić y puszkę, bo nie ma z czego śpiewać.

<sup>2)</sup>. D. Czapski fl. 60.



Supellex ecclesiae non est revisa, eo quod victrici in remotioribus villis residentes, et claves penes se habentes, aberant, nec convocari poterant. Accusatur tamen a parochianis Praepositus Lubranensis, quod nonnulla ex ea ecclesia vel abstulerit vel alio transtulerit, scilicet calices duos et cassulam et Agendam novam Petricoviensis Synodi, quam a se dicit Praepositus hoc anno Warschoviae cum sua privata quadam suppellectili oppignoratam <sup>1)</sup>.

*Parochus.* Annis superioribus residebat ad ecclesiam commendarius, nunc absque commendario clausa manet <sup>2)</sup>. Stanislaum Cieśliński impurissimum sacerdotem (qui et idipsum optat, ut tutius cum sua larva lateat), ex Lubraniec eo transferre intendit. Sed praestat illam claudi, quam claudicare.

Agenda non est in ecclesia, quippe eam Praepositus abstulit et pessumdavit.

*Victrici.* Duo in Sulkowo maiore et duo in Smogorzewo. Ceram, thus et alia quaevis necessaria (excepto vino, quod D. Praepositus se providere solere affirmat), pro exigentia suppeditant ecclesiae ex tabula. Gazophilacium nullum est. Magister scholae cum cantore ad ecclesiam soli resident. Admoniti et rogati, ut pro custodia ecclesiae studiosius, sacerdote absente, invigilent.

### Bithom.

Incorporata Conventui Lubranensi. Habet domum plebanalem cum horto adiacenti; et pro dote villam Popowiczky, in qua ad praesens tantum unus emeto et hortulani duo. Olim octo emetones, nuper tres, fuere. Cum praedio, et pratis, et lacu, et rubetis seu nemore prope Bithom.

*Decimae eiusdem.* Bithom villa regalis cum praedio. Strożewo, itidem villa regia, utraque manipularis.

<sup>1)</sup> Pieniędzy 6 flor. gotowich; in debitis 12 fl. u wytrykuszoff.

<sup>2)</sup> Commendarius Andreas Ręszkowski.

D. Bojanowski ex villa Bithom redimit decimam flor. 50, et decimam villae Strożewo marcis polon. 10, quamquam non denegat (uti praesefert) manipulare praeposito Lubranensi. Decimam Morzice D. Trzebuchowski redimit marcis 2. Decimam Gluszyño, Niegibalice, Naszylowo, Popowice, Swiesz praedium, Potulowo praedium, villa Potulówko, Dambrowka, Brzelewo (de nova radice praedium factum). quae non conferuntur.

*Usus praediorum.* Tria haec praedia libera habet Praepositus eisque usufruitur. *Borek* praedium, arendatur Dno Guthowski per Praepositum, uti affini suo, qui quidem post deflagrationem domus praedialis in Borek, conventualem domum cum uxore et liberis in monasterio ad tempus, scilicet praefinitum Purificationis BMV. inhabitat, quo etiam tempore expirat eidem arenda. Census annui solvit 45 flor., tenetur etiam ad aedificationem domus praedialis. *Zgłowiątka*, praedium, arendatur oppidanis Lubraniecz duobus, annuatim. Exspirat arenda pro festo S. Lucae proximo. Census flor. 25 solvitur cum ea conditione, ut iidem oppidani pro festo S. Lucae hunc eundem campum coaratum, excultum et conseminatum ex integro, tradant Dno Praeposito.—*Bithom* ex parte plebanalis villae Popowiczki, arendatur D. Joanni Żakowski annuatim censu fl. 50. Exspirat eidem arenda pro festo S. Martini.

*Cultus divinus* in ecclesia Lubranensi pertenuis, interdum nullus. Praeposito excommunicato, sacerdos tantum unus, idque coecus, et scholae rector. Cursus ut relatum est, de BMV. per sacerdotem coecum quotidie et rectorem scholae et cantorem canitur, iuvantibus eos interdum oppidanis. Sacerdotem efflagitant parochiani. Praepositus in Zgłowiątka Commendarium ut habeat, curat. In Bithom dicit se habere Commendarium. Lubranensis certe desolata maeret, die dominico concio tantum habita. Vinum non inventum.

*Supellex ecclesiae.* Sacra vasa, apparamenta et omne depositum praetiosius, in arcem est, tanquam in locum tutiorem, a septimanis aliquot per D. Modliszewski, loci illius dominum et haeredem, concedo bona

intentione, deportatum, adhibitis ad id testibus oppidanis iuratis et inventario conscripto. In sacrario unus tantum calix et cassulae fere duae repertae. Libri etiam aliquot, etiam nonnulli pergaminei. Parochiani hunc ausum gravissime et iniquissime ferunt.

*Victrici ecclesiae* 4: oppidanus primus, secundus colonus de maior Redecz, tertius de Kalny Redecz, quartus de Kazom scultetus. Hi collectam faciunt diebus dominicis et festis, registra conscribunt, ceram, thus et alia necessaria pro usu ecclesiae provident. Vinum ipse D. Praepositus suppeditat. Inspector victricorum Praepositus et Dnus Powolowski parochianus, qui et calculum a victricis exigunt. In paratis habent florenos 20. In debitis apud Stephanum civem fl. 2; apud Defotka fl. 1; apud viduam Advocati fl. 1; apud molitorem Piechota fl. 1, et alia complura. Admoniti victrici ut ecclesiae prospiciant eiusque necessitatibus.

*Villae parochiales*: Oppidum Lubraniec, Kalny Redecz, Redecz maior, Krowice, Kazom, Ossowo, Biernacieice, Lubraniec minor, Zacheice, Turowo, Dowiezino, molendina quinque.

*Fraternitates* exstinctae omnino.

*Hospitale*. Domus pro pauperibus per Dnum Modliszewski nuper donata seu assignata, absque dote. Hortum habent pauperes; ex eleemosinis vivunt, qui numero sunt quinque.

*Capella S. Annae* tituli. Extra oppidum est sacellum ligneum, intermedio latere structum, tegula lignea cunctum. Habet altaria tria nuda, absque portatilibus, et Ciborio et baptisterio cassum. Sacrarium est, sed depositum in eo nullum, vacuum prorsus. Asseritur esse consecratum; dies dedicationis prima dominica post Omnium Sanctorum. Consuetudine receptum est, ut populus frequens eo concurrat pro festo S. Annae et pro feria 3a Paschae, pro festo S. Marci, et feria 3a Pentecotes, ac Dedicationis, lucrandarum indulgentiarum gratia. Infra octavam etiam Corporis Christi ad praedictam capellam solemniter ab ecclesia conventuali processio peragitur, ibidemque officia divina pari solemnitate persolvuntur. Authentice nihil produ-

ci potuit, nec doceri de origine indulgentiarum, concedo, haeresim multa violasse, vel Praepositorum incuria deperiisse.

Est hortus ad Capellam e regione capellae, versus septentrionem, cui domus olim annexa erat. Tectum non resarcitur, quin etiam plane ruit. Campana signans est in vertice templi. Coemiterium sepire tenentur oppidani cum parochianis.

### Grabkowo.

Villa Reverendissimi Wladislaviensis. Ecclesia tituli S. Mariae Magdalenae, Collegio vicariorum Wladislaviensium incorporata, murata et tecto latericio firmiter tecta. Anniversarius Dedicationis la dominica post Michaëlis. Indulgentias habet authenticas dierum 40 pro plurimis diebus festis, a Rmo Zbigneo Archiepiscopo Gneznensi et pluribus aliis Episcopis, de data anni 1490 donatas, quarum tamen nullus usus est, excepto festo S. Mariae Magdalenae, idque mediocris <sup>1)</sup>. Altaria tria murata cum portatilibus integris et imaginibus decentibus. Ciborium et Baptisterium decenter curantur cum clausura et tectoriis aptis. Nisi quod pixis sacramentalis ferrea (blaszana) nigra deformis, saltem dealbanda esset. Tum et sacculi sacramentales ex grossiore tela assuti. Templum bene clauditur, coemeterium cinctum, at ossorium absque tecto <sup>2)</sup>.

*Dos Ecclesiae:* Sanctuarii duo mansi agri in eadem villa Grabkowo, stadiorum 6, alibi 7, quanquam non aequanimiter. Nam campus primus habet 2 mansos, secundus totidem, tertius versus Wilkowiec unum tantum mansum habet et additamentum 16 sulcorum, stadiorum tantum duorum. Mansus quilibet sulcos 16 continet. Decima eiusdem ecclesiae manipularis ex 6 eiusdem villae mansis, quae extraditur plebano, ex reliquis mansis V-le Capitulum Wladislaviense decimat <sup>3)</sup>. Item decima manipularis ex praedio Dziar-

<sup>1)</sup> Od X. Raciąsza 30 flor. odkazane na monstrancją, pytać się u X. Dziekana.

<sup>2)</sup> Na Zwornicę y dachówkę wydali do 20 flor.

<sup>3)</sup> Plebanowi dostaje się 6 kop. plus minus.

dunice itidem Reverendissimi, cum parochio Wladislaviensi ad S. Joannem de medio, quae quidem pecunia redimitur per arendarium <sup>1)</sup>. Decima Osowka seu Dąbrowka duorum praediorum, manipularis olim, non solvitur. Decimae Polajewice 5 praediorum, pecunia redimuntur <sup>2)</sup>. Decima Boruczino maior et minor, non solvitur. Decimae Czerniewice et Dąbrowka et Wilkowice maior et minor, Dni Joannis Borucki, non extraduntur, non solvuntur <sup>3)</sup>. Decima molendini Ruda manipularis, tenutae Dni Czerniewski, nihil solvitur.

*Parochus:* V-lis Joannes Raciąż vicarius Wladislaviensis <sup>4)</sup>, non residens. Domus plebani e regione templi, aliam in eadem area annexam habens domum, male tectam et ruinosam, quam unus inquilinus, plebanalem vero inquilini duo, censum et onera pendentes, inhabitant. Holodium noviter per plebanum extractum. In eadem villa habet duos hortulanos, in fundo plebanali locatos, quorum alter agrum plebanalem propriis pecoribus excolit, semina Dno plebano subministrante, ratione cuius de medietate proventuum seu erescitiae cum plebano participat. Campus unus profert siliginis 25 cassulas circiter. Plebanus singulis mensibus visitat suam ecclesiam, quam regit per vicarium Melchiorem, actu presbyterum dioecesis Wladislaviensis. Formatas habens et commendam. Eius domuncula non bene contacta, cum hortulo. Salarii capit annui a plebano flor. 10 et pro vino flor. 1, quod ipsemet vicarius procurat. Item accidentium medietatem et columbationem. Penes domum vicarii schola, recens per eundem plebanum extracta. Ad eam ludirector cum cantore et scholaribus aliquot, salarii capit annui a plebano m. 2 (flor. 4) et petam et accidentium partem mediam. Diligens ac modestus vicarius, cultum divinum debito modo ac ordine exequens. Bre-

<sup>1)</sup> Przyszłoby dać 12 złotych, jako dawano za inszych, 6 plebanowi Grabkow, y 6 flor. plebanowi Włocław.

<sup>2)</sup> Nie nie daja.

<sup>3)</sup> Daje pan Borucki, 9 flor.

<sup>4)</sup> Melchior a Skrabanie.

viarium habet Romanum, cum Rubricella. Hostias renovat in duabus septimanis, vino celebrat acido. Lumen ante ciborium infra divina. Cum casibus exceptis remittit Wladislaviam poenitentes. Metriculas conscribit baptisatorum et contrahentium. Catechismus non recitatur, decalogus vero canitur. Bogarodzico negligitur. Confitetur in Kowalie singulis mensibus praeposito S. Spiritus. Extremae unctionis nullus usus. Bannas praemittit, quin et confiteri prius contrahentes iubet. Lustralis aqua est prae foribus. Gregoriana indulgentia non publicatur, edoctus Commendarius.

*Villae Parochiales.* Grabkowo, Czerniewice ambo, Wilkowice ambo, Szezutkowo; Kempka ambo, Dambrowka triplex, Dziardunice, Ruda molendinum. Haeretici nulli sunt in parochia praedicta. Confessi pro paschate nobiles parochiani, utcumque arbitriam solventes plebano decimam, pro qua per plebanum fuerunt citati et excommunicati anno superiore. Solus D. Borucki, nec decimam solvit nec confitetur, vix semel suam parochialem in anno visitans. Forte furtive alibi confitetur.

*Supellex Ecclesiae:* Calices tres argentei cum suis patenis, quorum unus totaliter inauratus. Crux argentea deaurata, lapillis et coralibus pluribus distincta, cubito uno minor, cum reliquiis Pacificale argenteum *Agnus Dei* continens, cum strophio acu picto. Caput in altari maiore Sancti Nicolai reliquias continens. Monstrantia ex orichalco simplex, aucta tamen per D. Plebanum in partibus argento, deaurata. Melchisedech argenteum. Tabella cum reliquiis Sanctorum corrupta, antiquitatis insigne monumentum. Planetae 8, cum suis attinentiis: 1 ex adamasco albo, cum cruce ex trina aurea; 2 ex medio batlasso albo cum cruce simili; 3 veluti rubei cum cruce ex trina argentea; hi duo nuper per Dnum Joannem Borucki ecclesiae donati; 4 ex adamasco caeruleo cum cruce figurata auro texta; 5 adamasci rubei, cum cruce simili auro texta; 6 adamasci nigri absque cruce; 7 ex kamcha rubei cum albo coloris; 8 similis eidem. Omnes cum

suis apparamentis. Item pluvialia duo, alterum viride solemne, cum globo deaurato, ex medio hatlaso, margines habens rubras ex medio item hatlaso. Alterum simplex derdādey. Item superpellicea maiora tria, minora pro ministrantibus totidem. Item pellae 5 de ezwelicho, simplices 6; mantilia 15. Antependia 2, recens comparata, ex medio raso, alterum album, rubeum alterum; tertium ex muchaiero, per columnas rubri et flavi coloris; quartum ex derdādey, per columnas rubri et flavi coloris; quintum simile vetus. Bursa pro ferendo ad infirmos Sacramento viridis cum tintinabulo. Scatulae tres novae, pro corporalibus. Corporalia tenuissimi lini 8, purificatoria pro calicibus 4, pallae 4, vela calicum tria sericea, viride, rubeum et griseum. Item velum unum ex tela tenuiore, acu filo argenteo et sericeo eleganter depictum. Item velum pro monstrancia ex tapheta flava. Item tobalea altaris seu szerzynki: una filo sericeo vario acu picta, cum nomine **JESUS**; secunda et tertia filo sericeo rubeo picta; quarta nigro serico acu picta: omnes istae ex lino. Velum templi quadragesimale. Item opercula picta ex tela nigra ad imagines tempore quadragesimae velandas. Serinia duo ferro munita pro deposito asservando. Thurribulum aeneum, tapetes 3. Candelabra duo stannea et duo lignea depicta. Altare maius cancellis depictis circumductum. Tectoria duo pro feretris, vexilla 6, ampulae 4, lagena 1 pro vino stannea. Item stragulum pro ornando sepulchro paraseves. Canon maior litteris maiusculis, in altari maiore depositus. Tabellae etiam seu imagines aliquot Romanae, parietibus appensae. Cereus paschalis, velum pro cathedra kamcheum. Campanae maiores duae, manuales 5, caldaria 2. Ceroferraria lignea fraternitatum 4.

*Libri Ecclesiae.* Missale Romanum et Wladislaviense. Agenda Cracoviensis et 1 pars novae Wladislaviensis. Item Graduale pargameneum reformatum et correctum per plebanum. Antiphonaria duo, alterum Romanum, alterum vetus emendatum. Liber Homiliarum de tempore et de Sanctis in uno volumi-

ne. Concordantia Bibliorum. Liber Magistri Roberti. In librum Psalmorum Commentaria. Textus Sententiarum cum conclusionibus et articulis. Liber Gregorii Episcopi. Catalogus vitae SS. Liber Gabrielis ordinis praedicatorum. Confessionale Antonii. Liber D. Augustini de individua Trinitate.

*Victrici:* Duo possessionati coloni de Grabkowo, ceram, thus, reparationem templi et vestium sacrarum provident, vinum plebanus. Claves ecclesiae penes Commendarium. Fraternitas communitatis observatur, quippe in 4 temporibus vigiliae cum Missa pro defunctis cantatur, quo nomine parochiani gros. 1 annuatim conferre tenentur ad ecclesiam. Regestra accepti et expensi conscribunt, rationem Dno plebano facturi. In paratis habent flor. 8. Indulgentiarum charta nuda absque sigillo, de quibus supra.

#### Kłobia Minor.

Villa nobilium. Ecclesia S. Procopii. Chorum minorem cum sacristia habet muratum. Reliquum corpus ligneum, tecto integro, at chorus maior caret laqueari. Dedicationis dies prima dominica post Michaëlis. Indulgentias nullas habet. Ciborium intus et extra informe, clausum tamen. Arca V-lis Sacramenti cuprea, sacculi mundi, similiter et aqua baptisterii, Cooperta baptisterii deformis. Coemeterium reparandum, campanile et ossorium integra. Altaria 3. Portatilia duo, sed alterum fractum, sed nec super eo celebratur. Clauditur sera fixa templum, pavimentum chori minoris informe, sordidum.

*Dos Ecclesiae:* Litterae erectionis nullae sunt, sed nec Indulgentiarum. Praedium tamen ipsius agri mansi duo, singuli sulcorum 12, prata quoque iisdem correspondentia. Item pratum dictum Marszewka versus Grabkowo, sub nemore, currum foeni 5 circiter. Item duas habet piscinas extra villam Kłobia, versus meridiem, una cum horto et prato adiacenti. Habet et decimas modo qui sequitur: Decima ex Szewo mani-



pularis, quam Dni Szewscy decimant ipsi post agros emettonum. Ipsi vero pro arbitrio, quantum volunt pendunt plebano. Decima item in Kłobia minore, quam haeredes, itidem manipulem, sed pro libito suo extradunt, pro aliis vero decimis nihil prorsus penditur. Porro decimae ad hanc ecclesiam antiquitus spectantes in registro Beneficiorum Ecclesiae Wladislaviensis descriptae sunt hoc modo: Szewo 6 marcas, Bielino 1 marcem, citra vel ultra, Niesławice 11 marcas, Łąkie post 2 emetones 4 marcas. Łąkie Brodzino 4 marcas, Łąkie nobilium sexagena, Łąkie praedium D. Nicolai Kłobski 3 marcas, citra vel ultra. In superioribus Visitationibus ex examine ac depositione testium, videlicet, Joannis Domagala ex Modliborz, Martini Kempka de Bryszewo et Alberti Jagata de Kłobia, victricis praedictae ecclesiae, compertum est: quod decimam manipulem de villa Krzywice ex praediis Dnorum Kłobskich et pratium in fundo et haereditate Kłobia dictum Bobrek; item decima manipularis de villa Rzczewo, ex duobus praediis Krukowa et Sasinowa dictis, ad praefatam ecclesiam antiquitus pertinent. Hocque testes supranominati iuramento corporali probare intendunt, paratique sunt; quae quidem depositio ipsorum, actis proventuum Beneficialium ecclesiae cathedralis Wladislaviensis inserta habetur. Excisio arborum plebano in fundo Kłobia libera pro usu suo proprio fuit semper.

*Parochus* V-lis Matthias de Barthodzieje praepositus Chodecensis, ab annis duobus a R-mo Dno nostro investitus, dispensatione tamen carens. Domus plebanalis, post conflagrationem de novo exaedificata, et habet duo hypocausta, alterum pro plebano, alterum pro vicario, quibus cubicula itidem duo annexa cum celario. Est hortus spatiosus unius stadii; cum holodio et caulis. Rem familiarem parochus per suum oeconomum curat, capiens ex agro plebanali cassulas siliginis 30 circiter. Ecclesiam administrat per commendarium, Stanislaum de Piątek, penitus rudem et idiotam. Formatas habet, at commendam non habet, nec per decursum anni huius superioris habuit.

*Commendam*

Dnus Plebanus tamen, uno tantum distans a Klobia milliari, ecclesiam per semet saepius visitat, celebrat idem et concionatur frequentius. Commendarius absque tonsura. Confitetur viciniori cuiuspiam sacerdoti vel in Chodecz; salarii capit a Dno Plebano 16 florenos. Peta eiusdem et accidentia. Magister scholae flor. 4. Schola collapsa penitus et habet hortum annexum, cantorem et scholares. Dies festi non negliguntur. Lecta feria 4 et 6 tantum. Metriculae non conscibuntur. Indulgentia Gregoriana non publicatur. Catechismus non recitatur, licet sint pueri nobilium ad recitandum non inepti. Decalogus et Bogarodzica non canuntur. Hostiae renovantur saepius vigilantia D. Parochi. Lustralis aqua prae foribus. / Lumen infra divina. Administratio Sacramentorum, testibus victricis, non praetermittitur.

*Villae Parochiales:* <sup>(9)</sup> Klobia Minor, Rzezewo, Lutoborz, Segocin, Nieslawice, Szewo, Bielino, Modliborz, Krzewie.

Haeretici in parochia nulli sunt. Nobiles parochiani vel alibi confitentur extra parochiam vel contemnunt. Parochus non recuperat iure decimas, admonet tamen Parochianos.

*Supellex Ecclesiae:* Vestimenta et apparamenta ecclesiae putida foetent, quippe non ventilantur, nec ad solem exponuntur unquam. Admonitus officii commendarius et redargutus. Monstrancia argentea. Duo calices cum patenis, quorum alter in parte deauratus. Crux argentea, pacificale argenteum. Cassula de axamento nigro cum cruce trinae albae. Cassula de medio hatlasso albo, cum lata cruce auro cum figuris texta. Cassula de hatlasso griseo, cum cruce trinae aureae. Cassula de adamasco coloris caerulei, cum subducto pannoso fulvi coloris. Cassula de adamasco viridi cum cruce lata, cum figuris auro texta. Cassula sericea flava: omnes cum suis attinentiis. Pluviale de axamento nigro cum marginibus et colari sericeo aureis filis intexto, quod quidem recens Dna Boczkowska vidua, haeres in Klobia, pro ecclesia comparavit. Aliud pluviale ex hatlasso

coelestini coloris, cum colari auro texto. Antependium  
solemne de adamasco rubeo; aliud sericeum caerulei  
coloris; tertium de adamasco flavo minus, trina au-  
rea decoratum; quartum feriale vetus. Mappae vete-  
res 11. novae meliores mappae 3, quarum una telae  
tenuioris cum marginibus filo albo textis. Mantilia  
23, praeterea alia 6 elegantiora. Mantilia telae te-  
nuioris alias rabezki 12. Linteamina 3. Strophio-  
la altarium 7, filo sericeo picta, et 2 vetera. Corpo-  
ralia 3 incomposita et parum munda. Scatula nul-  
la est pro servandis corporalibus. Bursa tantum 1,  
custodiae 2, velum pulpiti altaris, velum pro calicibus  
telae tenuioris cum figura agni, acu pictum, secundum  
telae bombiciniae stragulatae. Tertium serici rubei.  
Est etiam particula trium ulnarum serici rubei pro  
monstrancia ornanda. Superpellicia duo. Candelabra  
stannea 4. Vexilla 4. Campanae 2 in campanili,  
quarum una semifracta; signans in pinnaculo templi;  
campanulae manuales 3; caldaria 2; serinium 1 ferro  
munitum. Serae pensiles 3. Cerofalaria 2, ante al-  
tare lignea, cum strophiolis. Tapes una pro gradibus  
altaris maioris. Lagena pro vino. Bursa pro defe-  
rendo Sacramento ad infirmos cum tintinnabulo. Am-  
pulae 4. Thurribulum simplex et nimis parvum. Fer-  
rum pro pinsendis hostiis.

*Libri:* Missale Romanum fractis clausuris. Al-  
terum Cracoviense absque clausuris. Agenda Gnesnen-  
sis vetus et lacerata. Graduale non est, si quid can-  
nitur, memoriter ex Missali scripto canitur, sed quam ri-  
dicule et erronee! Psalterium mutilatum, sine principio  
et fine. Antiphonarii reliquiae tantum laceratae exstant.

*Victrici.* Tres possessionati de villis Krzewie,  
Rzewewo et Kłobia. Collecta fit diebus dominicis et in  
solemnitatibus. Gazophilacium non habetur in eccle-  
sia. Scribuntur registra. Rationem reddunt quotan-  
nis plebano et Dominis haeredibus. In paratis hab-  
ent flor. 5. Vini, thuris, cerae et aliorum necessa-  
riorum pro usu ecclesiae curam habent. /Fraternitas  
extincta omnino. Cerofalaria adhuc exstant, quae  
a fraternitate procurabantur./

Ab Hallenty,  
Kto sbrina?

Agro ta bralio  
Dawny  
brw wata

### Kłotno.

Villa Rmi Wladislaviensis. Templum ligneum, tituli SS. Trinitatis, S. Matthaei Apostoli et Evangelistae et S. Valentini. Indulgentias habet decem annorum a Henrico Nuntio Apostolico de data anni 1597, pro die festo SS. Trinitatis et S. Matthaei ecclesiam praedictam visitantibus et praescripta ibidem facientibus, ad quinquennium dumtaxat concessas, cum facultate Vle Sacramentum Eucharistiae pro eisdem diebus festis intra ecclesiam et per ambitum eiusdem processionaliter deferendi, quae et in usu quoad populum habentur. Ciborium mundum, sed pixis Sacramenti lignea minus decora. Aqua baptisterii prorsus immunda et sine clausura. Altaria 3 cum portatilibus integris et ornatu. Chorus minor latere stratus. Coemeterium septum, ossorium et campanile sarta tecta.

*Dos Ecclesiae:* Sanctuarii mansi duo, singuli 12 sulcorum in omnibus 3 campis stadiorum 7, alibi 8, cum pratis annexis. Additamentum unum versus Wola. Hos agros excolit pater parochi. Domus plebanalis non incommoda, quam incolit Commendarius. Altera in area eadem plebanali pro familia, annexas habens caulas et holodia duo, cum horto adiacenti. Area plebanalis bene septa. Inter templum et domum plebanalem hortulani domus, cum camino minitante incendii periculum. Schola huic vicina. Habet parochus iuxta ecclesiam tabernam cum horto, in fundo plebanali locatam, quam locat tabernario ex censu certo (flor. 4) <sup>1)</sup>.

*Decimae eiusdem:* Decima praedialis ibidem in Kłotno manipularis, quae extraditur <sup>2)</sup>. Decima ex Baruchowo flor. 2, tantum redimitur. Decima villae Swierzyno <sup>3)</sup>, decima in Chmielnik <sup>4)</sup>, decima Bogusła-

<sup>1)</sup> Kościelnych plus minus 30 flor. Kościelne z Krowie.

<sup>2)</sup> Redimuntur 10 flor.

<sup>3)</sup> Nihil: przyszłoby dać 10 marcas.

<sup>4)</sup> Nihil: przyszłoby dać 5 marcas.

wice <sup>1)</sup>, decima Świętkowice <sup>2)</sup>, decima Grodno: manipulares, non penduntur <sup>3)</sup>.

*Parochus:* V. Albertus Klotneus, artium et philosophiae magister <sup>4)</sup>, investitus ad hanc parochialem a Rmo Dno feliciter moderno. Cura animarum Commendario commissa, Valentino de Zychlino dioecesis Gnesnensis, actu recens presbytero, at iuvenis et forte parum probatis moribus. Nam et intra ecclesiam parochialem Kovaliensem Commendarium pessimis verbis, arrepto latere, praesente populo impugnavit et Visitoris adventum, fugiens ad oppidum Kowale, prudens sciensque devitavit, qua sua absentia Visitori non mediocre facessit negotium. Relatum est, eum commendam non habere. Ad ecclesiam scholae rector cum cantore; scholares fere 10. Salarii vicarius a plebano percipit flor. 18, magister scholae flor. 4, eiusdem peti et pars 3 accidentium. Metriculae non conscribuntur. Catechismus non recitatur, nec Decalogus canitur.

*Villae Parochiales:* Kłotno, Wolka, Kurowo, Grodno, Baruchowo, Świętkowice. Haeretici in parochia nulli sunt. Confessi omnes parochiani, de nobilibus quibusdam dabitur.

*Supellex Ecclesiae:* Calices duo argentei, quorum alter fere ex toto deauratus, cum patenis. Calix stanneus cum patena simili. Crux argentea, cuius sedes aerea. Haec loco monstrantiae defertur tempore debito, appositis ei tribus argenteis turriculis in eum usum fabricatis. Item pacificale parvum argenteum. Item manus lignea deaurata, cum SS. reliquiis. Cassula nova ex adamasco coloris viridis. Cassula ex adamasco coloris rubei, utraque more Romano cum crucibus ex trina aurea et attinentiis. Cassula ex veluto viloso punicei coloris, cum cruce au-

<sup>1)</sup> Nihil: przyszłoby dać 2 marcas.

<sup>2)</sup> Nihil: dantur coreti 2 siliginis.

<sup>3)</sup> Przyszłoby po folwarku i kmiecyach. Daje p. Beldowski troche żyta.

<sup>4)</sup> Gregorius Kolacki.

ro texta. Cassula ex veluto coloris nigri et flavi, cum cruce auro texta, elegantis manufacturae. Cassula rubei coloris ex kamcha florisata, cum cruce figurata. Cassula ex hatlaso medio, cum trina aurea, albi coloris. Cassula ex adamasco antiqua, viridis coloris, quae est dominicalis. Cassula ex ezambeletto nigri coloris, cum attinentiis omnibus. Cassula antiqua ex serico villosa rubei coloris, ultima vilior omnibus, pro ornando die parasceves Crucifixo. Tria pluvialia, quorum unum solemne de medio raso florisatum albi cum flavo coloris, secundum rubeum velut diversi coloris, tertium rubeum vetus.

Antependium solemne eiusdem materiae cum pluviali solemniore. Antependium dominicale, tertium et quartum ferialia. Pallae 12 politiores, simplices 7, quarum duae ex tela tenui et eleganti. Mantilia 18. Strophila 2 serico rubeo aeu picta, ceroferiis ante altare appensa. Corporalia 9, purificatoria 4, tobalea altarum 7, velum ex tapheta argentei coloris pro monstrancia ornauda. Candelabra duo ex orichalco, alia 2 stannea altaris S. Valentini. Item alia duo lignea depicta rubro. Bursa pro deferendo Sacramento ad infirmos, cum tintinnabulo. Superpellicia 2 et pro pueris alia duo. Thurribulum cupreum. Vexillorum maiorum paria duo et minorum par 1. Ceroferia lignea 6. Itidem alia Fraternitatis 6. Ampullae 5 stanneae, caldaria 2, lagena pro vino. Campanae in campanili 2, signans 1, manuales 3. Scrinium magnum in sacrario, ferro bene munitum, in quo depositum omne pretiosius asservatur. Aliud minus, ferro non munitum, cum clausura tamen. Serae pensiles 5. Gradus altaris nudi sine coperta. Ferrum pro pinsendis hostiis. Cereus paschalis.

*Libri:* Missale Romanum unum, alia duo antiquata. Agendae pars prior Wladislaviensis reformatae; alia Gnesnensis. Breviarium antiquum pro psalmodia. Psalterium impressum. Graduale non est. Antiphonarius laceratus et mutilus. Item liber super Evangelia dominicalia. Item Paulus Wau. Item Thesauri novi pars aestivalis et hiemalis. Item Breviloquium.

*Georgii*

Item Postilla Joannis Friderici. Item Christophorus de Sanctis. Item Biblia in folio. Item Joannis Versoris liber de anima. Item Grammatica Sulpitiana.

*Victrici:* Victrici ad ecclesiam tres: Joannes advocatus Clotnensis, Warcholek de Klotno et Matthias de Grodno. sed ius totum sibi advocatus usurpat. Claves ecclesiae penes Commendarium; depositi vero ecclesiastici penes victricium advocatum. Rationem accepti et expensi notant, quam reddunt plebano loci: prout anno 1597 reddiderunt. Exstat de hac ratione facta V-lis Alberti Klotnei, protunc parochi, manu ipsiusmet scripta, talis recognitio: Sub victricis Joanne advocato et Stanislao Pyszny numeravi pecuniae ecclesiasticae flor. 20, monetae et numeri polonialis. Et praeter summam superius nominatam, numeravi aliam summam cum Joanne advocato, parente suo, sexaginta flor. monetae et numeri polonialis, de qua summa nullus curatorum ecclesiasticorum scivit unquam, praeter parochum et Joannem advocatum. In ea summa schaedam mea manu scriptam reliqui. Idem qui supra. Haec ibi. Locus sigilli. Albertus Clotnensis, manu propria. Haec vero summa ubinam modo sit et a quo asservetur, cognoscendum restat.—Vinum plebanus providet. Caetera per victricos procurantur. *Fraternitas exstincta/* Ceroferaria nihilominus interdum per aedituos cereis ornanantur. Litterae indulgentiarum, quia temporanae, hic non sunt insertae. Visitator ibidem ingrattissime omnium exceptus, qui sim et a quo missus fuerim, nihil pensi habitum, etc. Quocirca defessus Visitator cum equis et famulis famelicis, sub ipsam noctem ex Klotno ad Białotarczek discedere fuit coactus.

### Białotarck.

Villa Rmi Dni Episcopi Plocensis, Andreae Opałński.

Ecclesia parochialis iurispatronatus eiusdem. Tituli Exaltationis S. Crucis et S. Bartholomaei, et dicitur mater ecclesiae in Łanięta. Anniversarius De-

*nie wiodniej paltus*

dicationis prima dominica post Michaëlis. Indulgentias nullas habet peculiare, praeter has Illmi ac Rmi Dni nostri, quarum tenor hic est: Anno Dni 1592, die 24 Augusti, Illmus ac Reverendissimus in Christo pater et Dnus Dnus Hieronymus Rozdrażowski Dei gratia Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae, consecravit Ecclesiam hanc in honorem S. Bartholomaei et Exaltationis S. Crucis. Singulis Christi fidelibus hodie annum unum et in die Anniversario consecrationis huiusmodi ipsam visitantibus, 40 dies de vera indulgentia, in forma Ecclesiae consueta, concessit. Porro hoc privilegium et sigillo et subscriptione caret.

Altaria 3 lignea, eorum tabulae deformes. Portatilia 2 integra, tertium in ciborio. Ciborium non negligenter curatur, uti et baptisterium, cum clausura. Liquores sacri ex Wladislavia petiti. Templum ligneum et aliquot in locis stillat; cassum pavimento latericio, munde tamen curatur. Coemiterium divulgum et pecoribus pervium. Campanile per D. Gasparum Sierakowski, ossorium per D. Joannem, fratrem ipsius, exstructum. Hic idem D. Joannes et domum Vicario novam condidit.

*Reditus Ecclesiae:* Litterae foundationis non exstant. Agri mansi duo plebanales, in eadem villa Białotarezek, sulcorum mansus 12, in omnibus tribus campis. Sed tertius campus a colonis villae Piotrowo subditis Dni Sierakowski notabiliter accisus, ita ut pro 24 sulcis, vix iam aliquot locis 5 vel 6 numerentur, Additamenta in campis duobus, scilicet versus Górki et versus Baby. Tertius campus sine additamentis. Conseminantur hi agri per Dnum Sierakowski.

*Decimas habet infrascriptas:* Decima ex Piotrowo post araturas tam emetonaes quam praediales, manipularis. Decima pecuniaria in villa Łanięta, ex quolibet manso 5 gros. solvebatur quotannis, anno tamen superiore non est persoluta. Decimae ex praediis Patrowo, Zawady, et ex agris Dubielizna nuncupatis, non solvuntur. Decimae pro vicario in Gulewo et in Górki manipulares, non solvuntur. Dnus Doctor



Rdus Thomas Zakrzewski ante annos fere viginti hanc parochiam possidebat, qui post resignationem liberam, ecclesiastica pecora ad Zakrzewo abegisse asseritur.

*Parochus.* Ecclesia post cessum Dni Alberti Sierakowski, immediati huius ecclesiae parochi, rectore destituta. Domus plebanalis ruit quam maxime, eam hortulanus Dni Sierakowski incolit. Annexum habet hortum egregium. Ven. Matthaeus de Siedlec diocesis Gnesnensis, titulo commendae regit ecclesiam ab annis fere 20, residens. Formatas idem et commendam habet. Parochiani eundem parochum expectunt et commendant, quamquam profanus est et agrestis moribus, saepius ebrius, olim etiam incontinentis vitae. Unde domi fovet filiam suam, iam adultam, quam pupillam vocat. Iniunctum est ei, ut eam a se procul ableget. Salarii nihil percipit a quoquam. Praeterquam quod collecta manipularis arbitraria a nobilibus et emetonibus sit contentus. Pone altera domus vicarii cum horto et piseina, quam modo rector scholae, schola collapsa, inhabitat. Hic ex Dziankowo ratione decimae ab haeredibus percipit florenos 3 et ab aliis collectam manipularem. Habet idem mediam partem accidentiam. Magister cantori solvit mar. 2, scholares fere 30 et ultra.

*Villae parochiales.* Białotarczk, Piotrowo, Rebowo, Dziankowo utraque, Wąwał, Bęszino, Siemiony, Gilewo, Zawada, Zakrzewo, Górki, Dąmbrowka. Haeretici nulli sunt, excepto Dno Bieliński, iudice terrestri Braestensi. Per hos alienatae decimae non recuperantur, confitentur tamen et cum absoluteione illegitima per commendarium dimittuntur. Iniunctum commendario, ne id facere praesumat.

*Cultus divinus.* Die dominico et festis diebus cantata Missa cum Vesperis, absque psalmis; Matutinum nunquam. Admonitus Commendarius et ludirector, ut ea quae sunt cultus divini, diligentius exsequantur. Lecta Missa tantum feria 6, raro alias. Metriculae baptisatorum et contrahentium negligenter scribuntur. Catechismus non recitatur. Admonitus scholae rector,

ms. ( bannae praemittuntur, sed nobiles non denunciantur. Decalogus, Bogarodzica canuntur. Commendarius Testamentum novum Erasmi habet, eoque utitur. Formam absolutionis erronee recitat, caetera rudis, uti fere nunquam lectioni intentus. Tonsurae vix aliquod signum. Confitetur rarissime; bis inquit in quartuali, sacerdoti viciniore. Pro festo paschatis turmatim congregati, non praemissa confessione auriculari, absoluntur, per Commendarium clare admoniti, ut si qui peccati mortalis sibi conscius essent, ab hac conferta turba secederent. De hoc errore tanto, coargutus Commendarius. At ille: morem, inquit, gerere cogor populo frequenti absolutionem flagitanti.

*Suppellex Ecclesiae:* Calices tres argentei, quorum unus in toto deauratus, patena cuius non inaurata. Ex his etiam calix unus, sine patena. Crux argentea, cuius basis aerea deaurata. Pacificale argenteum exiguum. Tabella item cum reliquiis. Monstrantia cuprea simplex cum cruce argentea deaurata. Chrysmale stanneum. Cassula ex adamasco rubeo, cum pertinentiis. Cassula de hatlaso veteri cum attinentiis. Cassula ex medio hatlaso cum attinentiis. Cassula ex serico simplici caerulei coloris, cum attinentiis. Cassula pervetus ex veluto flavo, sine attinentiis. Cassula nova de adamasco viridi, cum cruce ex trina argentea, cum pertinentiis. Cassula nova nigri veluti, cum trina alba, quarum utramque D. Piekarski parochianus comparavit. Cappa kamechea varii coloris. Cappa ex adamasco rubei coloris, uniformis. Cappa rubea de harasso, pervetus. Superpellicium 1, minora pro pueris 4. Antependium ex medio hatlasso per columnas albi, rubei et viridis coloris. Antependium grisei coloris ex tela simplici. Antependium ex adamasco rubeo, attritum. Antependium feriale ex derdadey. Pallae novem meliores simplices, grossiores 7, ex ezwelicho 10. Manuteria 13. Mantilia telae subtilis 13. Una szerzynka magna ex tela tenuiore, tapheeta aurea affabre florisata, cum circulo et nomine **JESUS**. 2a szerzynka ex tela auro et serico vario acu picta. 3a ex tela tenuiore cum circulo et mar-

ginibus acu pietis. Quarta et quinta vetustiores. Tectorium pulpiti altaris nigro serico per lineas depictum. Corporalia tria, custodiae totidem. Vela pro calicibus tria serici simplicis et quartum ex reticula linea. Vexilla 8, ampullae 4, lagena pro vino. Thurribulum, caldaria tria. Campanae in campanili duae, signans in medio chori 1. Manuales campanulae 3. Tintinnabula 3. Ferrum pro pinsendis hostiis. Cereus paschalis. Velum quadragesimale portionum 8 de czvelicho. Serinia duo ferro munita.

*Libri.* Missale Romanum 1. Missale Gnesnense 2. Gradualis vix reliquiae. Antiphonarium, Psalterium habet. Agenda nova Wladislaviensis. Privatos libros habet: Thesaurum, Topiarium, Ferum, Pomerium. Discipulum et alios quosdam, ex quibus concionatur. Testamentum novum Erasmi exurere iussus.

*Victrici:* Aedituus tantum. Notat accepta et expensa, cui nomen Jacobus Kościen de Białe. Huius domus ante biennium conflagravit, asserit, tunc pecuniam ecclesiasticam, una cum registris, conflagrasse flor. 10. Eius rei testimonium praebent parochiani, exustam etiam pecuniam indicant. Per hoc biennium colligit fere 8 flor., 9 habet in paratis. Porro ex collectis ceram, thus, fabricam etc. providet. Vinum vero ipse sibi Commendarius subministrat. Hospitale non est; pauperes 10 et ultra huc et illuc per domos parochiae divagantur. Fraternitas etiam nulla.

### Łanięta.

Villa nobilium. Ecclesia parochialis, filia ecclesiae Białotarczek, tituli S. Nicolai et S. Barbarae. Colator haeres in Łanięta solus. Anniversarius Dedicacionis prima dominica post Matthaei. Erectionis litterae exstant in gemino pergameno scriptae, sigillis antiquis communitae, quarum copiae descriptae in ecclesia asservantur. Authenticae vero litterae penes parochum. Ut vero eas vel Officiali offerat vel in ecclesia Cathedrali Wladislaviensi reponat, mandatum

accepit a Visitatore parochus. Indulgentiarum monumenta nulla sunt. Ciborium et baptisterium decenter servantur, quamquam baptisterium sine clausura. Liqueores sacri ex Gostinin allati. Templum ligneum bene tectum. Coemiterium aggere lapideo cinctum. Campanile recens per modernum parochum erectum. Altaria duo cum portatilibus integris; tertium in ciborio. Imagines altarium sculptae. Ossorium contiguum templo.

*Patrimonium Ecclesiae:* Mansi agri duo in omnibus tribus campis, cum pratis et hortis annexis. Porro mansus quilibet in duas portiones, quae plosy dicuntur, dividitur, idque per sulcos 10 stadiorum, 8 longitudine, alibi 20. Additamenta item sunt sulcorum 12 in quolibet campo. Silvam nullam habet peculiarem, sed incisio arborum pro foco plebanali, tum et pascua per totam haereditatem Lanięta est fuitque semper plebano libera. Parochus habet emetonem, cui semilaneum concessit colendum. Habet et familiam, per quam excolit proprium agrum. Habet et hortulanum in fundo plebanali locatum. Decimas item habet privilegiatas ex villis: Suchodabie et Lipie manipulares de universis agris tam emetonalibus quam praedialibus, (Suchodabie olim Wola Lanięcka nominabatur), a Rmo olim Jacobo de Sienna Episcopo Wladislaviensi ecclesiae adscriptas et donatas. Cuius exstat erectio. Hae decimae extraduntur plebano non plene. Idem missalia habet in villa Lanięta, scilicet ex quolibet laneo possesso emetonali per duos coretos siliginis et per unum coretum tritici et per quartam partem coreti pisae, idque mensurae Gostiniensis, pro festo S. Nicolai. Item ex eadem villa Lanięta ex omnibus agri mansi emetonalibus rectori scholae communiter solvuntur siliginis coreti 15 et tritici coreti 15, loco stipendii. Notandum: villam Suchodabie habere emetones 23, ex qua per dominum fundi, contra privilegium expressum, denegatur decima manipularis, exceptis 5 emetonibus, ex quorum agris vicarius, et aliis tribus, ex quorum etiam agris decimat ipse plebanus, unde et conquestus est. In eadem villa Suchodabie D. Garwawski

possidet 10 mansos, ex quibus per eum manipularis denegatur, nec solvitur. Est etiam integrum parochus, communi villano gregi sua pecora aggregare, nec ad hoc obligatum esse, ut vicem pascendi vicissim obbeat parochus.

*Parochus:* Ven. Stanislaus Trębinski dioecesis Plocensis idemque plebanus Gostiniensis, bonis moribus et doctrina praeditus, parochianis carus, in curanda ecclesia et re familiari diligens. Hic ecclesiam suam tecto vestivit, scalam praealtam tecto apposuit, campanile novum extruxit. Domunculam in suo pomerio exaedificavit, omnia haec impensis propriis et aere suo. Cassulas idem duas elegantes ecclesiae donavit. Non residet, visitat tamen saepius ecclesiam. Cura animarum commendata administro viro probro, ac iam senio confecto, patri Stanislao, ab annis 16 ad ecclesiam residenti, cui loco salarii concessit plebanus decimam manipularem post agros emetonum 5 in villa Suchodabie, petita eiusdem cum accidentibus et strenna. Ad ecclesiam magister cum cantore et scholaribus fere 20, missalibus supradictis loco salarii contentus. Domus plebanalis ampla satis et commoda, cum hortis duobus, area, caulis geminis, pomerio et horreo. Versus ecclesiam domus vicarii absque horto. Pone schola cum hortulo.

*Cultus divinus:* Matutinae ut singulis dominicis et festis una cum Vesperis habeantur, praescriptum est ministris ecclesiae a plebano. Hostiae ut renovarentur saepius monitus. Apparamenta consecrata. Lumen infra divina. Bannae praemittuntur et poenitentiae sacramentum ante matrimonium. Gregoriana indulgentia publicatur. Catechismus non recitatur. Mandatum magistro scholae ut et decalogus et Bogarodzica canantur. Lustralis aqua prae foribus cum aspersoriis. In administrandis Sacramentis nulla negligentia, testimonio victricorum, committitur.

*Villae parochiales:* Łanięta. Suchodabie, Lipie. Haeretici nulli sunt. Confitentur parochiani pro festo paschae, quin et compelluntur.

Wpisanie  
ojcie wmanem  
Krsdr

*Vestes et vasa sacra:* Calices tres, omnes ex parte deaurati. Crux argentea cum sede cuprea. Pacificale argenteum. Monstrancia ex orichalco cum Melchisedech argenteo. Cassula veluti viridis florisati cum cruce auro texta et apparamentis. Cassula ex procedella flava cum cruce ex trina argentea, cum apparamentis. Cassula veluti nigri undulati, cum cruce ex trina argentea, et apparamentis. Cassula ex axamento villosa florisato, cum attinentiis. Cassula ex serico duplici cum cruce ex trina aurea et apparamentis. Cassula ex adamaseo albo cum cruce lata veluti et toto apparamento. Cassula ex serico duplici coelestini coloris cum figuris auro textis et pertinentiis. Cassula coelestini coloris ex veluto absque cruce et apparatu. Praeterea duae veteres ex harasso et adamaseo. Cappa ax procedella flava, cum pomo argenteo, solemnis; stola similis sen eiusdem materiae. Cappa de ezabeloto florisato, nigri coloris. Cappa ex adamaseo florisato veteri. Antependium ex veluto nigro villosa et adamaseo albo per columnas, cum fimbria sericea. Antependium ex raso viridi. Antependium ex kamcha florisata. Antependium ex adamaseo rubro florisato. Antependium ex hatlaso rubro et kamcha cerulea per columnas. Duo tectoria pro sepulchro parasceves, kamcheum, et grisei coloris alterum. Strophila altaris seu szejzynki: 1 Linea filo sericeo varii coloris acu picta, cum nomine **JESUS**. 2 Minor, eidem persimilis. 3 Ex tela tenuiore filo aureo et serico rubro, acu picta in marginibus et angulis perquam artificiose. 4 Linea sericeo filo diversi coloris per margines late florisata, cum circulo et nomine **JESUS**. 5 Similis eidem. 6 Ferialis filo sericeo nigro leviter picta. 7 Ex tela subtili, cum trina taphetae acu pictae. Superpellicia duo, tertium vetus; minora pro pueris 7. Mappae 12; mantilia 7, minora 2. Vela pro calicibus ornandis: 1 Velum nigrum ex kanawaca, cum trina aurea. 2 Sericeum viride cum trina aurea. 3 Sericeum album cum trina ex tapheta picta. 4 Ex tapheta argentea cum trina aurea. Corporalia 4 cum custodiis, eademque munda. Bursa una pro corporali,

ex veluto rubeo aureis filis et margaritis ornata, cum trina serici villosi. Tectorium pro pulpito solemne ex muchaiero rubeo ulnarum 6, aliud ex cilicio puniceo coloris, similiter oblongum. Mantilia telae subtilis, alias rabezki 3. Bursa pro Vli Sacramento ad infirmos deferendo. Vexilla 6; tapete 1, caldaria 2, lagena una. Campanae 2 in campanili, signans 1, manuales 3. Thurribulum, ferrum pro hostiis. Serinia 2, ferro armata. Sera pensilis tantum 1. Templum leviter, quin et sacrarium similiter clauduntur, eo quod seracula non adhibeantur. Calices idcirco Commendarius domi suae asservat.

Missale 1 Romanum, Gnesnense alterum, alia duo vetera lacerata. Agenda reformata et alia plocensis. Graduale. Antiphonarium pergamineum. Psalterium pergamineum, mutilatum utrobique.

*Vitrici:* Tres ex Łanięta, quartus ex Suchodąbie, omnes possessionati. Regestra non scribuntur, nec ratio ob tenuitatem collectae ab eisdem repetitur. Ceram, thus et necessaria provident. Vinum ipsemet parochus procurat, quin et alia saepius omnia. Collecta per gros. 1 annua pro usibus ecclesiae fit a parochianis. Hoc anno collecta 24 gros. Legavit nuper Sebastianus Wiotski, emeto de Łanięta, ecclesiae praedictae par boum et pecuniae 11 flor., quae omnia reddita ad manus parochi et vitricorum. Item pro Missali Romano quidem Jadamek Lewy donavit flor. 4. Item emeto Konik debet flor. 2. Fratrnitas extincta.

#### Lubień.

Oppidum Dni Hieremiani Lubieński. Ecclesia parochialis tituli S. Catharinae, lignea, tecto aliquot locis notabiliter lacero, quamquam eius pars magna nuper per aedituos tegulis ligneis una cum porticu inlecta. Anniversarius Dedicacionis prima dominica post Michaëlis. Indulgentiarum litterae exstant Episcoporum 7, sigillatae, dierum 40, pro festis S. Catharinae patronae et anniversario Dedicacionis, de data 1511.

Ciborium intus et extra negligentissime curatur, rude et inornatum, saeculi tamen mundi. Baptisterii aqua immundissima. Liquores sacri ex villa Klobia desumpti. Sacrarium muratum cum testudine; fores ferreae utriusque, cum firma clausura. Altaria 4, sed deformia prorsus. Portatile tantum 1. Coemiterium aggere lapideo vallatum. Campanile ruit, trabibus fultum. In porticu templi Domini haeredis retia appensa cernuntur. Aedificium templi partim ob vetustatem, partim ob incuriam Curatorum cum suis parietibus putrescit et ad lapsum tendit. Unde vero tanta moles reparetur, vietrici non habent. Templum ipsum pavimento non est stratum, proinde sordidum et omnia pulveribus obsita conspiciuntur, in quo plane nihil est, quod oculos oblectet, omnia incomposita et abominationem quandam praeseferentia, negligentia Domini haeredis, dominium sibi in ecclesia impie vindicantis.

*Dos Ecclesiae:* Dotis habet ecclesia mansos agri duos in fundo oppidi Lubień, omnium trium camporum; mansus sulcorum 10, quam quidem Dominus fundi Hieremianus Lubieński possidet <sup>1)</sup>. Siti sunt hi mansi plebanales etiam hactenus inter mansos oppidanorum. Item parochus et ministri ecclesiae tam piscationem in stagno, quam et sectionem lignorum in silva et borea Lubieniensia, antiquitus semper liberam habuerunt. Item hortus plebanalis in extremitate agrorum prope templum.

*Decimae eiusdem:* Medietas decimae pro parocho Lubieniensi post araturas oppidanorum. Nam altera medietas altaristae in Cathedrali Wladislaviensi tituli Ss. Petri et Pauli Apostolorum debetur <sup>2)</sup>.

Sunt item aliae decimae: praedium Lubień, item Kaliska praedium <sup>3)</sup>, Gagowy pagus nobilium. Stę-

<sup>1)</sup> Paścił je pan podkanclerzy kościołowi: urodzy się na nich 60 kop.

<sup>2)</sup> Dają z włóki po 4 złote, dostanie się 60 złotych Capituli Włocławskiej po folwarku.

<sup>3)</sup> do Włocławia (*Włocławka*).



pka praedium. Czaple <sup>1)</sup>, villa nobilium. Itema vill Swierzna <sup>2)</sup>. In Kamiona <sup>3)</sup> ex tribus mansis emetonalibus. Ex reliquo pro mensa Reverendissimi Dni Episcopi debetur. Omnes istae manipulares, non conferuntur <sup>4)</sup>.

*Parochus:* Ecclesia vacat, titulum parochi et possessionem, Domino fundi sibi ab annis 32 usurpante. Iurispatronatus eiusdem. Aedificii plebanalis ne vestigium quidem relictum. Domucula exstat Commendarii et schola tecto cassa. Curam animarum nomine Commendae sustinet V. Albertus a Lyszkowice dioecesis Gnesnensis, ab annis 8, ad ecclesiam residens. Formatas habet sufficientes, at commenda exspiravit. Commendarius salarii loco contentus decima ex villa Kamiona; videlicet D. Lubieński ex uno manso emetonis unius extrahit manipulem, siliginis cassulas fere 2, interdum 3 et D. Venceslaus Stempezyński post agrum emetonis unius. Et D. Alexius Kamiński post agrum emetonalem unum, omnis grani tam hiemalis quam aestivalis manipulem Commendario pendunt. Petita eundem iuvat et accidentia et strena. Rector scholae cum Cantore loco salarii a nobilibus in Czaple decimam percipit arbitrariam, cassulas circiter siliginis 4. Petita eiusdem et accidentium pars tertia. Oppidani porro testimonium bonum Commendario dederunt, sed revera concubinam ab annis 8 retinet, nec, admonitus a R. Dno Archidiacono Wladi-slaviensi, respuit.

*Cultus divinus:* Diebus dominicis et festis Missa canitur cum parte Vesperarum. Iniunctum Commendario, ut deinceps omnibus dominicis et festis Matutinae horae praemittantur, tum et Vesperae ex integro per scholares decantentur. Quod et se facturum est

<sup>1)</sup> Bakalarzowi powinni dawać, alye nie daje szlachta tylko snopki liche, co cheą.

<sup>2)</sup> dają 15 fler.

<sup>3)</sup> dają 12 flor., po 4 złote z włóki.

<sup>4)</sup> Kobyla Łaka y Narty wynawiaya syę dziesięcyua do Włocławia.

pollicitus, praesentibus victricis. Lecta interdum diebus ferialibus. Catechismus non recitatur. Decalogus canitur et Bogarodzica, suis temporibus. Cum casibus gravioribus dicit se remittere poenitentes ad Cathedrallem. Dominus fundi confitetur in Cathedrali quotannis et ibidem absolutionem reportat. Confitetur sacerdotibus vicinioribus. Metriculas scribit, reliqua pro more debito ecclesiarum observat.

*Villae parochiales.* Oppidum Lubień, Kamiona, Kobelaląka, Kaliska, Gagowy, Swiernia, Czaple, Narty et duo molitores. Haeretici nulli sunt in hac parochia <sup>1)</sup>. Confessi omnes praeter quosdam nobiles, qui casibus irretiti ad Cathedrallem remittuntur, sed incassum. Raptores decimarum fere omnes parochiani.

*Depositum Ecclesiae:* Calices quatuor argentei cum patenis ex parte deaurati. Monstrancia argentea fracta <sup>2)</sup>. Crux argentea cum lapillis, itidem fracta. Arca V-lis Sacramenti aenea. Cassula de adamasco rubro nova, cum trina aurea. Cassula de hatlaso violaceo, cum trina argentea. Cassula argenteis filis texta albi coloris, cum trina aurea. Cassula flava cum cruce figurata auro texta. Cassula de saya albi coloris, cum trina argentea. Cassula de damasco albo cum cruce veluti lata: omnes istae cum suis pertenentiis. Cassula coloris caerulei ex veluto, cum attinentiis. Cassula ex adamasco nigro, cum cruce lata ex veluto nigro et apparamentis. Cassula nigra de grubrino, cum cruce, sine apparatu. Cassula rubra ex medio hatlaso absque cruce et apparatu. Cassula rubra et cassula flava kamehea, absque apparatu, veteres et nullius usus. Cappa ex hatlaso puniceo, cum collari simili. Cappa kamehea varii coloris, cum collari viridi, ex muchaiero et trina sericea villosa. Cappa rubri adamasci cum collari auro texto. Cappa ex kamecha rubea, cum collari vetero auro texto. Aliae item duae, serici simplicis grisea et altera ex derdądey veteri. Dalmaticae duae pro pueris ministrantibus

<sup>1)</sup> Hereticka Janowa Kamińska.

<sup>2)</sup> Krzyżowa.

ex muchaiero cum trina argentea. Cappae eorundem 4, duae serici simplicis et duae ex muchaiero rubeo. Superpellicia duo et pro pueris 4. Pellae pro altaribus 15, quarum una telae subtilis cum reticula linea in marginibus. Mantilia 10. Mantile angustius acu sericeo filo pictum pro cereo paschali. Subtilioris telae strophiola, alias rabezki 4. Tobalea altaris: alias szerzinki 3 ex tela et quarta telae tenuissimae, tapheta flava sericeis filis exornata, cum circulo et Agni figura. Antependium unum ex adamaseo caeruleo et serico simplici rubeo per columnas, alterum ex adamaseo rubeo florisato, tertium feriale ex muchaiero rubeo et viridi, quartum ex medio hatlaso florisato, quintum kameheum. Vela tria serici rubei simplicis, quartum ex reticula linea. Corporalia tria cum custodiis duabus. Caldaria duo. Campanae tres in campanili, signans in vertice templi una. Campanulae manuales 7. Par unum candelabrorum stanneorum. Reliqua ex argilla ficta. Thurribulum orichalceum. Ampulae 4 stanneae sordidae. Lagena stannea. Vexilla 6. Tapes pro gradibus altaris sternendis. Culcitra. Seracula pensilia 9. Ferrum pro pinsendis hostiis.

*Libri:* Missalia duo Romana, novum et vetus. Duo alia vetera, quorum nullus usus. Agenda novae pars prima attrita. Agenda Gnesnensis vetus. Gradualis, Antiphonarii reliquiae tantum quaedam. Psalterium usui adhuc deservit. Postilla duarum partium polonica Wujecij minor. Homiliae Pomerii, item Homiliae de Sanctis absque titulo <sup>1)</sup>.

*Victrici:* Victrici tres oppidani possessionati <sup>2)</sup>. Tabula in usu; gazophilacium item. Regestra scribuntur et ad calculum revocantur, exigente Domino haerede, praesente Commendario. In paratis habent for. 12. Ex collectis et tabula, ceram, thus, fabricam etc. eurrant victrici. Vinum Dominus ipse fundi suppeditat.

<sup>1)</sup> Mlodochowski Jan, Tomasz Charamon, Wocicch Sukienik, Piotr Krzywosck.

<sup>2)</sup> Kaminski 7 złotych wjnnien; dał mu je X. Grzegorz z Kowala odkazane na Gradual.

*Hospitale ibidem.* Est hospitale cum capella exstructum olim per Dnum Lubieński, patrem Hieremiani. Dotaverat hoc hospitale uno manso agri oppidanus quidam Alexius Guzęba, pro victu pauperum, quem Dnus fundi modernus ademit eidem hospitali, oppidanis usu fruendo tradens et fructus ad se derivans. Ad praesens medium mansi Albertus Swigou oppidanus excolit, Dno Lubieński Hieremiano censum ex eo persolvendo et labores praestando <sup>1)</sup>. Medius autem mansus desertus iacet incultus, per quem via facta versus Kobelałaka. Fraternitas olim fuit Communitatis, quae suum Capellanum habuit, qui etiam in hac capella hospitalis Missas celebrabat. Ad praesens hoc hospitale habet 5 pauperes, duos mares et tres vetulas. Ex eleemosina victitant et stipem ostiatim emendicant. Tutores eorundem victricis ecclesiae, qui eleemosinam in pixidem collectam ipsis praesente Commendario dividunt, et ligna et fabricam domus inde provident. Littaniae et orationes devotae, ut cum eis recitentur, mandatum Commendario ecclesiae. Templum frequentant quotidie <sup>2)</sup>.

### Piorowa Wola.

Pagus generosi Dni Hieremiani Lubieński, quem invadiavit Dno Karsznicki. Iurispatronatus haereditis. Templum ligneum, tituli S. Andreae Apostoli. Incorporata ecclesia ista parochiali Lubieniensi, cuius et filia dicitur. Dedicationis anniversarius Dominica 4 post Pentecostes. Indulgentias peculiares nullas habet. Templum, coemeterium, campanile, ossorium per Dnum Karsznicki noviter tecta et sarta. Ciborium et baptisterium sub clausura, nec immunda.

*Dos Ecclesiae:* Pro dote habet duos mansos agri

<sup>1)</sup> Umarl. Orze agrum Gorzałka.

<sup>2)</sup> U Bielickiego 10 flor. odkazane od parobka, Dorota Szporna mieszczka złożyła u karczmarki Promińskiej flor. 6 i groszy półosma.

per 10 sulcos <sup>1)</sup>. Unum in Pierowa Wola; alterum in Kołomia, villis nobilium. Utrumque agrum excolunt Domini haeredes pro suo praedio <sup>2)</sup>. Domus Commendarii recens per Dnum Lubieński exaedificata, cum horto. Ultra hortum pratum habet duorum stadiorum longitudine mansi unius, quo et usu fruitur. Est item et schola, sarta tecta. Decimam habet parochus in Pierowa Wola post agros praediales et cmetonales manipulare <sup>3)</sup>. Item decimas in Olszowa <sup>4)</sup>, Kały et Kolonia, quae non dantur, nec solvuntur. Villae parochiales eadem 4.

*Parochus:* Idem qui Lubieniensis. Cura animarum penes Commendarium, Ven. Albertum dioecesis Wladislaviensis, actu presbyterum, qui et formatas habet at absque commenda, anno superiore in Choceń idem tenuit commendam. Dnus Karsznicki iudex tenentarius villae, salarii eidem marcas 8 pendit; excipit eundem sepius prandio. Ludirector absque scholaribus. Multa de hoc Commendario a multis fide dignis facinora relata, videlicet, quod concubinam alat et penes se habeat; idem aleator, ad brachia et caedes promptus, ganeo quotidianus, latro per omnia, nunquam confitetur, nisi forte pro paschate. Revelat confessiones, quia confitentes alta voce obiurgat. Occiderat hic puerum nobilem ante annos aliquot in Lubraniec, quo nomine a cathedrali ad Nuncium Apostolicum fuit remissus. De absolutione eiusdem non constat. Missam celebrat die dominico et festis. Lectas rarissime vel nunquam. Concubinariorum notorios absolvit, etc.

*Supellex Ecclesiae:* Calices duo argentei simplices. Monstrancia orichalcea. Crux parva argentea, sedes eiusdem lignea, seu basis. Cassula ex adamaseo rubeo cum cruce ampla, figuris auro textis et atinentiis. Cassula ex adamaseo viridi sine cruce cum apparamentis. Cassula adamasei grisei cum appara-

- <sup>1)</sup> Urodzy sye na wloce yedni plus minus 30 cassulas.  
<sup>2)</sup> Pan podkanclerzy puseciel; sliaehtha non item na kolonij.  
<sup>3)</sup> dano mu kijem tak rok.  
<sup>4)</sup> Do Lubienia.

mentis. Cassula muchaieri nigri, cum cruce rubea. Cappa coloris rubei ex muchaiero. Antependium viride kamecheum. Aliud per columnas viridis et flavi coloris ex medio raso. Tabernaculum Ven. Sacramenti ad parietem, informe. Baptisterii et ciborii munda curatio. Arca sacramentalis lignea rudis. Corporalia 2, ahena 2, thurribulum. Campanae 2 in campanili, signans 1, tintinnabulum. Szerzinki simplices duae. Vela pro calicibus nulla sunt. Mappae numero 6, mantilia 7. Telae tenuioris mantilia seu rąbeczki 2. Lagenae pro vino. Ferrum pro pinsendis hostiis. Vexilla 4. Superpellicium unum. Candelabra stannea duo.

Haec ecclesia aditu difficilis, perinde rarissime visitatur.

### Chodecz.

Oppidum nobilium. Ecclesia tituli S. Dominici, e latere cocto, cum sacrario et testudine. Concollatores Dni Kretkowsey. Anniversarius Dedicacionis dominica prima post S. Hieronymi. Monumenta Indulgentiarum habet a Zacharia quondam Nuncio de Latere in Poloniam Apostolico, de data A. D. 1521, cum facultate processiones cum Ven. Sacramento pro festis Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis B. M. V., pro die festo S. Annae eius matris ac S. Dominici, Ecclesiae patroni, faciendi, et indulgentia 10 annorum populo ecclesiam hanc praefatam devote visitanti concessa, quae quidem indulgentiae anno eodem fuerunt a generali Vicario et Officiali Wladislaviensi approbatae et per Rmi Dni Episcopi feliciter moderni actuum curiae Notarium, rursus revisae et subscriptae <sup>1)</sup>.

Est originale authenticum foundationis Mansionariorum in Chodecz, sigillis duobus appensis sigillatum, de anno 1461 per Dominum Notarium curiae Illmi Dni nostri anno Dni 1598 revisum diligenter et descriptum. In Capitulo ecclesiae cathedralis Wladislaviensis prae-

<sup>1)</sup> nihil valent quia manuum...

stat illud asservari <sup>1)</sup>. Habet altaria 5 et sacellum: primum altare maius, sub titulo patroni ecclesiae; secundum ad sinistram Transfigurationis Dni; tertium ad dexteram S. Valentini, absque fundatione et authentico, usu tamen receptum ex antiquo tempore, ut populus tunc pro die festo S. Valentini frequens etiam ex locis remotioribus ad vota religiose solvenda confluat, unde quidam suae devotionis, teste R. D. Praeposito et Commendario, notabiles retulerunt effectus; quartum in sacello tituli S. Annae Fraternitatis sutorum <sup>2)</sup>. Reliqua sine titulo. Altarium tabulae vetustate decoloratae. Portatilia in omnibus altaribus integra. Templum tegulis latericiis firmiter tectum. Sacellum perfluit. Dni Kretkowsey sollicite curant reparandum. Coemiterium muro septum, quanquam aliquot locis convulsulum. Ossorium absque tegumento. Turris latericia, e fundamentis V-lis Dni Praepositi Chodecensis moderni impensis et opera excitatur, in altum cubitis iam fere 10 provecta feliciter, conspicitur. Interim campanae in trabibus ad parietem ecclesiae suspensae, in turri postmodum collocandae. Ciborii et baptisterii decens curatio et ornata, cum clausura. Liquores sacri Wladislavia petiti. Pavimentum utriusque chori lapide cocto stratum per D. Praepositum. Tabulatum etiam superius opera eiusdem <sup>3)</sup>.

*Dos Ecclesiae:* Domus Ven. Dni Praepositi murata, tegulis ligneis intecta, satis commoda, et inferius quidem duo habet hypocausta, cubiculum et celarium, superius vero hypocaustum cum sala, cubiculo et peno. Ei adiacent stabulum et caulae et brasaeum et hollodium, cum piscina et hortis duobus, in quorum uno cementum et lateres in usum ecclesiae, opera Dni Prae-

<sup>1)</sup> Fandoval Broniszewski Sebastian, na tho legowal 220. złotych. Thy summi obligacia na Strzygach Malych, cinszu dają 10 grzywien. Mają na them obligacją w niedzielie de S. Trinitate.

<sup>2)</sup> pieniędzy 20 flor.

<sup>3)</sup> Mikołajka sluga JM. pana wojewodzica, Jankowski Mikołaj, sto złotych u pana Jerzego Thurobolskiego w Bogolomiej, cinsu 6 złotych, obligacio Masionarzy: spiewają we czwartki de Corpore Christi et collectam pro defunctis plus minus ad 8 liat.

*Exist in Walsky*

*infra p 82*

positi parantur. Ex opposito templi schola et 4 domunculae versus lacum, cum hortis, quarum tres inhabitant Mansionarii, quartam hortulanus Dni Praepositi, quae quidem reparationis indigent, sed Dnus Praepositus tam ecclesiae, quam iis reparandis omnibus se unum sufficere non posse asseverat.

*Reditus sunt duplices*, quidam ipsius Dni Praepositi, quidam Mansionariorum peculiare. Reditus Praepositi sunt mansi agri duo in villa Chodeczek, oppido vicina siti. Mansus quilibet sulcorum 18, stadiorum 6, glebae medioeris, quae quidem per Dnum Praepositum excoluntur (*plus minus cassul. 30*).

*Decimas item habet ex villis, modo qui sequitur:* Decima ex agris et cultura oppidanorum manipularis, quae fideliter et integre extraditur, interdum venditur oppidanis marcis 33 (*flor. 58*). Item decima Chodeczek ex agris emetonum et praedialibus, manipularis, quae itidem extraditur <sup>1)</sup>. Item decima manipularis, ex praedio generosi Dni Kretkowski, dicto Wolica, quae flor. 12 redimitur. Item decimae ex aliis villis parochialibus plurimae. Uklenica praedium desertum. Lubraniec villa deserta, ibidem decima praedialis <sup>2)</sup>. Villa Wolia, Brziszewo cum emetonibus et praedio <sup>3)</sup>. Villa Sobiczewa <sup>4)</sup> cum praedio. Zalesie decima praedialis. Ibidem decima manipularis post araturas emetonum. Villa Pielieski cum praediis aliquot. Zbiewo minor cum praediis tribus. Zbiewo maior cum praedio <sup>5)</sup>. Villa Broniszewo cum praedio redimitur decima tribus marcis. Wstowo post praedia nobilium pro vino et cera <sup>6)</sup>. Strzygi minor; mansi ibidem sexdecim <sup>7)</sup> et ex singulis grossi 6 dantur. Decima

<sup>1)</sup> Cassul. siliginis 3 daja, jęczmienia półtory kopy. prosa 3 kopy, grochu kopa.

<sup>2)</sup> 20 korey żyta plus minus, jęczmienia 8 korey, owsa 4 koree.

<sup>3)</sup> plus minus półsiódma złotego.

<sup>4)</sup> plus minus flor. 60.

<sup>5)</sup> nihil.

<sup>6)</sup> plus minus cassul. 8.

<sup>7)</sup> dwaj płacą 5 mędli.



Kublwo praedialis, ratione cuius cmetones solvunt Dno Praeposito gros. 24 annuatim; post araturas vero cmetonum spectat Wladislaviam pro vicecustode. Hae omnes sunt manipulares, quae nec conferuntur, nec solvuntur.

*Proventus Mansionariorum in decimis et censibus.*  
Agros nullos habent Mansionarii fundationi servientes, censum habent 4 mar. privilegiatum, a generoso Dno Andrea Kretkowski olim fundatum et actis castrensibus Praedecensibus de data anni 1460 insertum, in censibus oppidanorum obligatum et solvitur quotannis pro festo S. Martini praedictis Mansionariis <sup>1)</sup>.

*Decimas habent infrascriptas:* decima Gole cum praediis. Decima Mielno ex praediis <sup>2)</sup>, Ogorzelowo ex praediis <sup>3)</sup>, Pyskowo cum agris praedialibus <sup>4)</sup>, Mielno nadolne ex praediis. Stroże ex praediis <sup>5)</sup>, Sławęczyno ex praediis <sup>6)</sup>, Fajewo ex praediis <sup>7)</sup>. Proszno ex praediis <sup>8)</sup>. Kromiszewice cum praedio. Psary cum praediis. Szeczyno cum praediis. Bogolomia ex praediis <sup>9)</sup>. Głamboczek ex praediis <sup>10)</sup>. Wrzosowo praedium, ex quo solvuntur gr. 16 <sup>11)</sup>. Strzygi maior ex praediis <sup>12)</sup>. Zieleniewo cum praedio <sup>13)</sup>. Villa Cety <sup>14)</sup> utraque ex praediis. Chrostowo ex praedio.

<sup>1)</sup> nihil dantur.

<sup>2)</sup> półczwartej kopy płacą.

<sup>3)</sup> półtorej kopy.

<sup>4)</sup> Z Pyskowa, z Krzemieszowic, z Szekowa, 7i z Proszina 24 flor. daje pan Wojewodzie Mikołaj. Z Goł 22 flor. dają kmetones pana Jędrzeja, i z folwarku kopa żyta, kopa jęczmienia, kopa owsa, pół kopy grochu.

<sup>5)</sup> kop 2.

<sup>6)</sup> kopa.

<sup>7)</sup> półtorej kopy.

<sup>8)</sup> półkopy.

<sup>9)</sup> flor. 4.

<sup>10)</sup> kopa i pół.

<sup>11)</sup> kopa żyta.

<sup>12)</sup> półczwartej kopy.

<sup>13)</sup> 3 korce żyta, korzec jęczmienia, dwa korce owsa, pszenice korzec, grochu korzec.

<sup>14)</sup> mędli 9.

Łakno minor ex praedio <sup>1)</sup>. Łakno maior ex praediis ad rectorem scholae pertinens <sup>2)</sup>. Żorawice ex praedio ad eundem spectans <sup>3)</sup>. Hae fere omnes decimae nec extraduntur, nec solvuntur, collecta tamen arbitraria datur Mansionariis, qua et potissime sustentantur. Accidentium usus talis, ut in tres partes divisa: pars prima cedat Dno Praeposito, duae reliquae Mansionariis et scholae rectori, ita tamen, ut rector scholae sexta tantum sit contentus parte. Item census eorundem a braxata cerevisia duorum solidorum, qui et solvitur <sup>4)</sup>.

*Notandum.* Ex depositione ac testimonio oppidanorum fide dignorum, videlicet honesti Joannis Kruk et oppidani Chor, victricorum ecclesiae eiusdem, coram Dno Praeposito et Mansionariis facto, censum Mansionariorum 4 marcarum alium esse et diversum ab hoc censu, qui modo a braxata cerevisia duorum solidorum solvitur. Quippe Dnus olim Kretkowski fundator. census 4 marcarum, eum (ut ex erectione constat) in censibus oppidanorum curiae dari consuetis obligavit. Post vero Dna Kretkowska vidua pensionem consuetam, et a braxatoribus ad curiam conferri solitam, scilicet unius amphorae cerevisiae ratione brasei curialis, in quo Communitas tota cerevisiam braxabat, tandem ex mera in Deum et ecclesiae ministros pietate, eandem amphoram cerevisiae Mansionariis perpetuis temporibus donavit. Porro cum Mansionarii oppidanos in amphorae mensura, maiorem aequo extorquentes, gravarent, oppidani molestias effugientes istas, per compositionem cum Mansionariis initam, loco amphorae dari solitae, duos solidos ipsis ad persolvendum se ultro obstrinxerunt, quae quidem solutio consuetudine longa, ab annis scilicet 50, firmata est. Hoc etiam nunc plerique senes oppidani recognoscunt, iuramento etiam confirmare idipsum pa-

<sup>1)</sup> 3 kopy żyta.

<sup>2)</sup> nihil.

<sup>3)</sup> plus minus 3 flor.

<sup>4)</sup> Iniuria illata ecclesiae ante biennium, effusione sanguinis.

rati. Urgendi Dni haeredes, ut et census ex censibus propriis (quem solvere detrectant) Dnis Mansionariis persolvant et nihilominus haec collecta duorum solidorum penes eosdem remaneat <sup>1)</sup>.

*Villae parochiales circiter 40.* Oppidum Chodecz, Chodeczek, Sobiczewa, Prosno, Zalesie, Wola utraque, Zbiewo maior et minor, Broniszewo, Strzygi utraque, Kublowo, Łania, Stroże, Gole, Fajewo, Slawęczyno, Kromiszewice, Psary, Szczecino, Żorawice, Chrostowo, Ogorzelewo, Łakno, Zieleniewo, Łakienko. Curiae et molendina: Brzyszewo, Uklenia, Lubieniec, Pielezski, Wstowo, Melno nadolne, Pyskowo, Bogolomnja, Glamboczek, caeterae desertae. Haeretici in parochia nulli sunt. Raptores decimarum ad Cathedralē remittuntur, nec sacris procurantur, excepto articulo mortis.

*Parochus.* Parochus titulo Praepositi gaudet antiquitus. Residet ad ecclesiam, vir probus, pius, doctus, ac in re ecclesiastica ac familiari curanda sollicitus ac industrius, frugi ac bene moratus. Mansionarii ad ecclesiam 3. (Fuere olim, uti ex fundatione patet, quinque). Duo actu presbyteri, tertius subdiaconus. Formatas habent sufficientes. Est ludirector cum cantore et Saeristiano et Organario. Mansionarii suos proventus habent, ut supra <sup>2)</sup>. Magister scholae loco salarii duas decimas percipit, uti supra, scilicet ex Żurawice et Łakno maiore alias Czarne, sed quia non penduntur, Dnus Praepositus eum certo salario conducit, (*florenis 8*). Idem habet *petitam* peculiarem et accidentium cum mansionariis partem sextam. Cantori ex privato salarium pendit magister scholae; similiter et saeristiano seu campanatori, utrique flor. 6. Organarius nullam habet certam provisionem, sed quia oppidanus est, a solvenda decima eundem D. Praepositus ratione praemii liberum mittit. Regale habetur <sup>2)</sup>.

*Cultus divinus et officia.* Dominicis ac festis diebus Matutinum maius, quo absoluto, cursus de Do-

<sup>1)</sup> Matthias Barthochiński.

<sup>2)</sup> Organki się zrysowały.

mina canitur per Dnum Praepositum, Mansionarios et campanatorem. Cursum immediate sequitur matuta Missa, cantata per scholares. Tandem summa, quam concludit Nona horarum minorum, Vesperae cantatae tam horarum minorum, quam maiorum, absque Completorio maiore. Diebus profestis: Vigiliae una cum Missa lecta pro defunctis horarum minorum. Tandem summa concludit de tempore per scholam cantata. Vesperae tantum minores quotidie. Aliis diebus profestis Cursus canitur cum Missa lecta loco matutinae de B. Maria V. Summa singulis diebus canitur per scholares de die. Saepius vero Mansionarii votivas suas per lectas expediunt. Notandum praeterea, iuxta erectionem actis Wladislaviensibus anno 1461 insertam, teneri et obligatos esse Mansionarios ad canendas singulis diebus horas et Missam de Beata Maria Virgine. Item feria secunda qualibet ad canendas vigiliis ac Missam pro defunctis loco minorum horarum. In diebus autem Corporis Christi, Assumptionis, Nativitatis, Visitationis, ac aliis quibuslibet festis B. M. V. ac praedictorum festorum octavis, ad matutinum et horas canonicas loco horarum minorum decantandas esse adstrictos, quae omnia et singula accurate haecenus, iuxta praescriptum ordinationis, observant et sequuntur. Mansionarii septimanatim concionantur ex praescriptis legibus in erectione expressis, quamquam D. Praepositus pro sua pastoralis sollicitudine id oneris saepius in se recipit. Lampa ardet infra divina. Mansionarii in casibus dignoscendis exercentur. Conferunt nihilominus interdum sacramentum matrimonii in curiis nobilium privatis, sed D. Praepositus hoc corrigendum sibi sumpsit. Metriculae scribuntur recentius; pristinae aliae paedore absumptae, aliae furto ablatae. Sacramento Eucharistiae non procurantur nisi in fide et religione catholica prius diligenter examinati, recitata Oratione dominica et Salutatione et Symbolo in facie Ecclesiae voce clara coram altari. Catechismus rarius recitatur. Iniunctum Dno Praeposito, ut attendat extremae unctionis usus. Aqua lustralis prae foribus tam sacrarii quam

*tičkany rognaj*

templi. Praescriptum Dno Praeposito et Mansionariis ne ablutio ministretur ex calice altaris, sed ex seorsivo, ad hoc parato. Caetera bene habent <sup>1)</sup>).

*Supellex Ecclesiae et ornamenta.* Monstrancia argentea. Crux argentea maior, altior uno cubito. Crux argentea minor deaurata ad medium. Calices 7, tres inaurati integraliter, caeteri in parte, cum patenis. Pixis sacramentalis. Pacificalia duo argentea. Reliquiarium insigne et speciosum altari maiori familiare. Ampulae duae argenteae. Stannearum paria 4. Christmale stanneum, caldaria tria aenea. Candelabra duo cuprea et 4 stannea. Cassulae numero 20: 1 Złotogłowy czerwony cum cruce figurata et attinentiis. 2. Złotogłowy zielony absque cruce cum attinentiis. 3. Biały wzorzysty cum passamano aureo et attinentiis. 4. Zielony adamaszkowy, cum cruce auro texta et attinentiis. 5. Czerwony atlasowy, cum trina aurea et pertinentiis. 6. Czarny axamitny, cum attinentiis et trina aurea. 7. Srebrógłowy w kostki, cum attinentiis. 8. Biały adamaszkowy, cum cruce auro texta et attinentiis. 9. Czerwony axamitny, cum apparamentis. 10. Eidem persimilis, sine attinentiis. 11. Zielony axamitu wzorzystego, cum attinentiis. 12. Modry axamitu wzorzystego, cum attinentiis. 13. Czarny ferialny półhatlasowy, cum attinentiis. 15 et 16. kamehowy żółty, sine attinentiis. 17. Dziki adamaszkowy cum attinentiis. 18. Muchaierowy, sine attinentiis. 19. Axamitny czarny sine attinentiis. 20. Dziki muchaieru tureckiego sine attinentiis: hae duae postremae nondum consecratae. 1 Cappa linea alba filis argenteis intexta, cum colari et marginibus ex procedella flava. 2. Cappa rubei adamasci, cum cuppa argentea inaurata, uniformis tota. 3. Cappa nigra de saya. Cappae pro pueris duae cum globis argenteis deauratis. Dalmaticae 2 caerulei serici, iam attritae. Antependia 12: 1 Albi et rubei adamasci per columnas. 2 Album cum caeruleo ex procedella florisata. 3 Nigrum ex serico simplici. 4 Maculosum kamecheum, et 6 ex

<sup>1)</sup> Monstrancya nowa.

linea reticula cum subducto muchaieri rubri. Item quatuor ferialia pro altaribus minoribus, iam prope consumpta. Szerzynki auro frigiatae numero 4, insignes; quinta cum fimbria ex filo aureo et serico facta; sexta telae tenuissimae filo albo depicta. Vela tria pro calicibus, aureis filis et sericis diversi coloris intexta; quartum novum purpureum florisatum; quintum eidem simile; sextum et septimum ex serico simplici. Corporalia 10. Custodiae seu pallae totidem. Bursa pro velis calicum ex veluto florisato cum trina aurea. Map-pae 20. Mantilia 10. Strophiola tenuiora alias ra-bezki 5, plures inutiles. Tectorium feretri ex axamento nigro cum marginibus serici simplicis, subducto lineo nigro cum cruce auro texta. Pro velando altari maiore particula serici simplicis ulnarum 6.

✓Culcitra flavi serici cum marginibus coelestini coloris sericeis pro baldachimo Vlis Sacramenti. ✓Coper-ta cancellorum altaris maioris stragulum de bar-chano. Pro pulpitis velandis maioribus duobus tectoria similia 2. Velum quadragesimale e czwelicho. Velum pro altari maiore lini rubei. Velum pro pulpito altaris, serici caerulei simplicis. Aliud ex procedella flava pro eodem altari. Tertium nigrum sericeum. Pro ambona 4 lectoria: 1, lineum aureis filis pictum; 2, lineum cum serico nigro; 3, e lineo filo albo pictum; 4, cilicio intextum. Superpellicia 3 maiora, pro pueris 4. Tobalea egregia hoc anno ex ambona furto deperit. Campanae maiores 3, signans 1, manuales 2. Pelvis ex orichalco. Lagena 1 stannea. ✓Lampa cuprea et candelabrum pensile ferreum ante Ciborium. Thurribulum cupreum. Pannus pro gradibus altaris rubeus. Serinia 3 simplicia. ✓Almaria ampla depositi preciosioris. Serae pensiles 4.

*Libri:* Missalia Romana tria, quartum Gnesnense. Graduale pargamineum. Antiphonarium pargamineum geminum: maius et minus. Psalterium 1 lacerum. Agendae 2 novae, reformatae. Gnesnensis una vetus. Breviarium Romanum in quarto. Praeterea nulli; plures tamen Dui Praepositi pro usu ecclesiae commodati.

*Fraternitates:* Fraternitas S. Annae privilegiata, quae et observatur. Pro festo S. Annae concursus fit maximus populi, indulgentiarum lucrandarum gratia. Fraternitas item sutorum et sartorum observatur, cum Missa et Vigiliis in quartuali quolibet. Solvunt singulae annuatim Mansionariis per gros. 16. Habent propria ceroferaria. Opera etiam consueta charitatis exercent et ea quae moris sunt observant.

*Victrici:* Duo nobiles, Broniszewski et Stryski et duo oppidani possessionati, qui calculum reddunt Dno Praeposito. Ceram Dnus Praepositus procurat et vinum. Thus autem et mundiciem sacrorum vestimentorum et fabricam victrici.

*Hospitale.* Hospitale ligneum, prae vetustate labitur, sarcitur tamen. Pauperes 10 numero. Masculi 2, foeminae 8. Nullam habent provisionem, nullos etiam redditus certos. Eleemosinis et largitionibus bonorum hominum sustentantur. Extra oppidum et viam regiam domus haec pauperum sita. Unde a viatoribus exiguum eis provenit lucrum seu emolumentum. Frequentant quotidie ecclesiam parochialem, in qua saepius littaniae canuntur. Patronus et tutor pauperum cum victricis ecclesiae Ven. D. Praepositus, qui eisdem coacervatas dividit eleemosinas.

### Choczeń.

Villa nobilium, scilicet Dni Czerniewski vexilliferi Gostininensis. Ecclesia tituli S. Aegidii, ab annis 250 exaedificata et erecta. Iurispatronatus haereditis villae Choczeń. Haec ecclesia desolata stetit per annos 20 circiter sub haeredibus haereticis. Nunc tandem catholicorum haeredum et parochianorum pio zelo ac studio cultui pristino catholico magna ex parte restituta et reparata. Litterae foundationis non inveniuntur, ac nec indulgentiarum quidem. Nota tamen earum exstat Antiphonario affixa pergamineo, a quodam Suffraganeo Wladislaviensi an. 1512, orantibus ad imagines altarium concessarum, idque 15 dierum. Et ad imaginem B. M. V. intra ecclesiam positam dierum 40.

Ciborium et baptisterium clausa, uti et templum et sacrarium, nec immunda eorum curatio <sup>1)</sup>. Altaria tria cum portatilibus integris. Imagines altarium vetustate deformatae. Pavimentum ecclesiae arenosum. Templum diu absque tecto mansit, iam tandem anno 1596 per D. Czerniewski haeredem, tegula lignea contextum. Chorus maior et minor absque laqueari. Supra altare tantum maius tigna posita cum velo, Dominus tamen Christopherus Sokolowski, parochianus, id perficere est pollicitus et iam asseres parat. Coemiterium undique patens. Campanile proximum ruinae. Ossorium absque tecto. In templo sagenae asservantur, per D. Karnkowski capitaneum Lanciciensem et D. Kadziłowski arendarium villae Choceń repositae.

*Dos Ecclesiae:* Domus plebanalis abolita. Sita erat ex opposito templi in colle versus occasum, cum adiacenti spacio horto, holodio, caulis, pratis et piscinis duabus. Haec omnia D. Nicolaus Działyński pessumdavit et ad suam villam Choceń transtulit, ex quibus quidem aedificiis molendinum extruxerat et domum pro emetone. Tandem illo ipso inspectante, fulmen absumpsit haec omnia. Porro haec area tam templi quam plebaniae extenditur ad limites villae Choceń maior ex una, et ad limites villae Chocenek ex altera partibus, quippe templum inter has haereditates Choceń, Chocenek et Zaduszniki situm, cum suis attinentiis. Retro ecclesiam domus vicarii ruinosissima. Est area alterius vicarii, item cum piscina vacua. Item area deserta scholae iuxta areas vicariorum versus meridiem. Nam haec domus, quam magister inhabitat e regione templi sita est in fundo Choceń. Sanctuarii sunt mansi agri duo <sup>2)</sup>, in quolibet campo, singuli sulcorum 10, longitudo secundum extensionem agrorum emetonaliu. Hi vero mansi plebanales fuerunt inter agros praediales hinc inde siti, iam vero per Dnum olim Nicolaum Działyński pro praedio conversi, in extremitate vero praedii alii vicissim pro

<sup>1)</sup> Monstrancya nowa.

<sup>2)</sup> Bronia.



plebano sunt nequiter assignati per iniquissimam commutationem et insuper depastioni expositi. Item est pars lacus pro dote plebanali, cuius tres tracturae sagenales insignes, quae quidem pars lacus sita inter tracturas villae Jaszczultowice et villae Choceń maior et villae Borzimowice. Unius tracturae plebanum concernentes in medio stagni seu lacus situatae <sup>1)</sup>. Item plebanus habet fossam, alias rów, in fundo plebanali situm, qui protenditur usque ad Zgon lacus Chocenensis, piscibus maxime tempore verno abundans. Nunc iam paludinosus totus, nihil commodi parit. Item prata multa ad lacum Chocenensem, dictum Zgon, qui situs est inter lacum Jaszczultowice et lacum Borzimowice <sup>2)</sup>. Idem plebanus de iure antiquo habet tertiam partem piscium, seu tertium piscem in aqua stagni Jaszczultowice, nuncupata vulgari nomine Zgon Jaszczultowski<sup>3)</sup>. Item decimas habet ex villis hoc modo: imprimis in maiore Choceń tam post agros emetonales quam praediales <sup>4)</sup>. Item decima Chocenek post agros emetonum et praediales <sup>5)</sup>. Item decima ex villa Makoszyno <sup>6)</sup>. Item ex Bodzanowo maiori et minori. Item ex Zabino maiori et minori. Item ex Zaduszniki, Borzymie, Krzykosz, Niemojewo, Szczytno, Łąkie, Kołaki, Borzimowice, Jaszczultowice, Sieroszewo, Siewiersk, Jaruntowice, Krukowo regale, Golembino regale, Goczanowo maior situm ad Gopło, alternata cum canonico Crusviciensi fundi Bacharcie, uti colligitur ex actis Capitularibus ecclesiae Crusviciensis. Hae omnes decimae manipulares ab haeredibus et tenentariis possessae et retentae.

*Onera Parochi:* Plebanus ratione horum proventuum duos vicarios tenetur sistere huic ecclesiae et scholae rectorem sumptibus propriis fovere. His

<sup>1)</sup> Negatur sacerdoti.

<sup>2)</sup> Nihil.

<sup>3)</sup> Nihil.

<sup>4)</sup> A pola troje.

<sup>5)</sup> 20 currus foeni.

<sup>6)</sup> 24 flor. daję Kommandarzowi, z tej Chocęskiej nihil. Commendarius Stanislaus a Zieleń.

temporibus iniquis Commendarius sustentatur arbitria a parochianis collecta et accidentibus. Rectorem vero scholae conducit Commendarius ipse pacto stipendio, qui similiter et petita gaudet et parte tertia accidentium cum vicario. Rectori et canotri flor. 4 <sup>1)</sup>. Item parochus huius ecclesiae tenetur dare et pendere annuatim hospitali Braestensi 8 coretos farinae de siligine, et 1 cor. pisae.

*Parochus:* Ecclesia praedicta fere ab annis 30 parochio suo destituta. Ultimus et immediatus eius possessor fuit pater Zbyszewski. Urgendus D. Czerniewski pro iure suo plebanum ut praesentet. Curam animarum gerit Commendarius Laurentius e Turek, dioecesis Gnesnensis, quem recens D. Christopherus Sokolowski de Wrząca, parochianus et huius ecclesiae curator et patronus vigilantissimus, pia sollicitudine ex dioecesi Gnesnensi accersivit. Est hic actu presbyter et formatas habet. Commendam etiam habiturus est. Spem de hoc sacerdote bonam D. Sokolowski concepit, quo absente D. Praepositus Chodecensis curam huius ecclesiae gessit. D. Sokolowski cum aliis parochianis cuperet Dnum Praepositum Chodecensem ad regimen huius ecclesiae praesentari, spe concepta, quod eius studio ac opera ecclesia ista desolata ad pristinum statum et florem facile reduci posset. Ad ecclesiam est ludirector cum cantore et scholaribus aliquot.

*Supellex Ecclesiae:* Iuxta inventarium repertum in sacrario, revisa omnia. Calices 4, quorum 2 in parte deaurati cum patenis. Crux argentea integra. Monstrancia argentea, in parte deaurata, cuius basis aerea deaurata; pacificale non est. Pixis Ven. Sacramenti cuprea absque clausura et operculo, in qua nullum vasculum pro asservando Sacramento. Chrismale stanneum. Duo paria stanneorum candelabrorum pro altaribus. Ampulae 3, athena 2, thurribulum, ferramenta pro hostiis. Campanae in campanili duae et tertia his maior ab annis fere 10 fessa, in choro minore reposita iacet. Signans campana 1,

<sup>1)</sup> Rectori et Cantori fl. 4; szkoła się obalita.

manuales campanulae 3. Cupri seu spizae portio librarum fere 24.

Cassula ex serico duplici albi coloris cum stola et manipulo, trina aurea ornata. Cassula subnigri alias dzikiego adamaszku, cum attinentiis. Cassula rubea filis aureis intexta, cum toto apparatu. Cassula alba kamehea florisata cum cruce lata, humerali et alba. Cassula ex albo damasco, cum apparatu toto et cruce lata figurata, absque tamen humerali. Cassula de hatlaso coelestini coloris cum attinentiis, sine stola. Cassula adamasei flavi florisati sine apparatu. Cassula muchaieri rubei sine apparatu. Cassula kamehea coloris violacei cum cruce viridi, sine attinentiis. Cassula kamehea caerulea cum cruce, sine attinentiis. Omnes fere istae cassulae vetustiores <sup>1)</sup>. Cappa de adamaseo grisei et fulvi coloris. Cappa ferialis nigra kamehea. Antependium muchaierowe lazurowe. Antependium adamasei viridis et flavi per columnas cum trina serici viridis. Antependium kameheum feriale. Pellae 8. Mantilia 6. Rąbkowe mantilia 6. Tobalea altaris 5, linea aureo et sericeo filo acu picta. Vela pro calicibus tria parva, materiae diversae; corporalia 3; palla 1. Velum quadragesimale e ewelicho; vexilla 4 vetera et 2 noviter per D. Christopherum Sokółowski ex serico duplici rubro et albo, flor. 18 comparata. Gradus altaris maioris nudi. Seracula 3; serinium 1, ferro munitum, in sacratio. Almariae 2; imagines crucifixi tres. Imago B. M. V. in altari maiore sculpta et ante ciborium imago Salvatoris maesti in lapide sedentis. Hae omnes imagines per quendam Suffraganeum Wladislaviensem anno 1512 certis indulgentiis dotatae, ut ex annotatis cuiusdam plebani Chocensis eiusdemque Archidiaconi Wladislaviensis, Antiphonario insertis, liquet.

*Observandum.* Ante annos fere 20, ob maiorem securitatem, iussu D. Nicolai Działyński, suppellectilem ecclesiasticam apud victricum villae Choceń fuisse

<sup>1)</sup> Odkazal 7 złotych Rector Smiełowski do Chocenia, ma ye pleban, y chce kupić alby.

depositam, quae quidem, excepto argento, paulo post tota cum scrinio, incendio grassante, conflagravit. Si quae fuerunt intra ecclesiam relicta, haec fortasse sola supersunt.

Missale Romanum novum. Alterum Gnesnense. Agenda nova reformata et et altera Gnesnensis. Et pars Agendae sacramentalis Romanae. Graduale pergamineum in folio, foliorum 204. Antiphonarium ibidem pergamineum in folio, folia 107. Psalterium non habetur. Breviaria 2 antiqua.

*Victrici:* Aedituus unus tantum, ex villa Jaruntowice. Collectam facit diebus dominicis. Regestra accepti et expensi scribuntur. Pecunia vero asservatur per D. Christopherum Sokolowski, qui timore Dei omnia dimetiens, pecuniam si quae est, in usus et necessitates ecclesiae pie convertit. Vinum, thus, ceram et alia pro usu providet. Claves etiam ecclesiae, quin et vasa sacra argentea in curia sua, uti loco tutiore asservat, episcopali benedictione dignus. Haec omnia et singula partim ex revisionibus superioribus, partim ex diligenti examinatione testium fide dignorum, et maxime D. Christopheri Sokolowski, et Joannis Kutesz coloni villae Jaruntowice, hominis sexagenarii, sunt comperta et collecta fideliter.

### Śmitowice.

Villa regia. Tenutarius generosus D. Stanislaus Kostka. Ecclesia consecrata in memoriam S. Bartholomaei Apostoli, pro qua die patrocinium solemne et nundinae forenses. Anniversarius consecrationis die dominico post festum S. Hieronymi, uti et in Chocęń. Indulgentiarum monumenta nulla sunt antiqua, exceptis iis, quas nuper Nuncius Apostolicus perpetuis temporibus ecclesiae huic donavit, pro diebus festis S. Bartholomaei et Natalis Domini, Paschae, Pentecostes, Omnium SS. dierum 40, de data Warschowiae anno Dni 1596, quae publicantur. Ciborium et baptisterium bene clauduntur et nitide curantur. Templum ligneum, cum coemiterio, campanili, ossorio, be-

ne munitis et tectis. Clausura templi et sacrarii firma. Altaria 3, portatilia totidem superposita integra; liquores sacri ex Brzeście petiti.

*Proventus huc pertinentes:* Imprimis agri mansi duo omnium trium camporum in fundo Śmiłowice. Mansus sulcorum 8, inter agros emetonum siti, quem agrum ipsemet plebanus coarat <sup>1)</sup>. Pratum item in fundo Nakonowo, quae villa regia est, tenutae eiusdem Dni Kostka, situm inter pratum praediale et prata emetonalia; et vocatur communiter pratum plebanale, faeni currus proferens 6 ultra et citra, quod quidem defalcat pro se parochus. Est item hortus post pomarium curiae praedialis; sed eum hortum pomario suo ante annos 15 Dominus tenentarius villae adiunxit, parcho data per commutationem portione agri emetonalis (qui dicitur Radoiewski ager) stadiorum 2 in uno dumtaxat campo, ad limites Popowice siti, quo et usu fruitur plebanus <sup>2)</sup>. Item Missalia ex regia Śmiłowice, Śmiłowice, post mansos 40 emetonales, tam possessos quam desertos, ex quo fert hominum memoria solvebantur parcho quotannis pro festo S. Andreae, ex quolibet videlicet manso tres coreti siliginis et tres avenae, mensurae Braestensis. Iam vero ab annis tribus nihil penditur parcho: eo quod Ven. Capitulum ecclesiae cathedralis Wladislaviensis, asserens sibi decimam ex villa Śmiłowice post agros emetonales deberi: in ius vocato Domino tenentario Stanislao Kostka et contumacia super eo in Tribunali obtenta, tandem compositione seu concordia cum ipso Wladislaviae facta, decimae solutionem ab eodem obtinuit, quam iidem emetones, iussu Domini tenentarii, redimunt quotannis flor. 100. Aiunt emetones contra privilegium et immunitates, sigillis regum sigillatas, haec fieri, in quibus modus pensionum est descriptus. Asservantur haec privilegia in sacrario Śmiłowicensi <sup>3)</sup>. Missalia vero ex eo tempore solvere

<sup>1)</sup> Plus minus 40 cassul.

<sup>2)</sup> A 20 annis ecclesia est haec ope Episcopi consecrata.

<sup>3)</sup> Przystano dawać ab annis 16: czyniło to plebanowi żyta półtora łaszta i owsa półtora łaszta.

parochus desierunt, dicente Domino loci: Ex una fidelia duos parietes dealbari non posse. Petit plebanus, imo et suplex rogat, se ab hac tam gravi iniuria vindicari et missalia sibi <sup>1)</sup>, pro more usitato et consueto, persolvi, quae et in antiquis proventuum beneficialium libris sunt expressa, et post modum usu longo antecessorum et visitationibus superioribus connotata et approbata. Ad praesens emetones collectam arbitrariam pro parochus conferunt, veriti ne parochiam deserat <sup>2)</sup>.

*Decimas habet manipulares:* Ex praedio Smielowice manipularem, quae tamen 5 florenis redimitur. Łganowo praedialis <sup>3)</sup>, Krukowo praedialis. Wichrowice ex praediis et ex agris trium emetonomum. Skibice ex praediis <sup>4)</sup>, Kuznice ex praedio <sup>5)</sup> pro vicario Smilowicensi: quae quidem decimae omnes manipulares sunt, nec tamen dantur.

*Villae parochiales.* Smilowice, Kuźnice, Popowice, Skibice, Wichrowice, Łganowo. Haereticos haec parochia non habet. Raptores decimarum absolvuntur a parochus, in quo coargutus est parochus et tales remittere ad Cathedralam iussus.

*Parochus:* Parochus residens Ven. Matthias Proboszczewita dioecesis Plocensis: ab annis 8 institutus. Domus parochi comoda, cum duobus hypocautis et conclavibus aliquot, caulis item et stabulo et horrea et horto. Domus haec remotior a templo. Vicinior domus vicarii e regione templi absque horto, inter domos emetonomum sita, quam inquilinus incolit. Schola retro ecclesiam recens per plebanum exstructa. Rector scholae cum cantore et scholaribus salarii percipit a Dno Plebano flor. 6. Olim consipationem certam a eme-

<sup>1)</sup> Nota 7 złotych odkazanych do kościoła Choczyńskiego a ludyrektore Smielowicensi.

<sup>2)</sup> Plus minus teraz bierze 10 korcy żyta i owsa drugie 10 korcy.

<sup>3)</sup> Pan Stanisław Żernicki daje marecam unam, ale pan Paweł nic.

<sup>4)</sup> Nihil, praeter haeredem Jacobi Skibicki, qui dał unam marecam.

<sup>5)</sup> Dawał ie pan starosta flor. 5, przestał od rokosznu.

tonibus loco salarii percipiebat, quae iam est a multo tempore extincta. Bonus pater familias, in cultu etiam divino et ornando et promovendo vigilans. Parochianis propter modestiam et vitam quietam clarus <sup>1)</sup>).

*Cultus divinus:* Celebrat aliquoties in septimana. In quadragesima saepius, in Adventu quotidie. Matutinum tantum diebus solemnibus cum vesperis. Alioqui tantum Missa cantata et concio cum parte Vesperarum. Catechismus recitatur per scholares. Decalogus et Bogarodzica in usu. Confitetur Parochus in Kruszino, quandoque in Cathedrali. Raptores decimarum absolvit. In reliquis tuetur vocationem.

*Supellex Ecclesiae.* Imprimis monstrancia argentea deaurata, cum basi aerea itidem inaurata. Crux argentea sine basi. Basis monstranciae communis eadem. Crux orichalcea deaurata cum crucifixo inaurato. Pacificale argenteum rotundum. Arca sacrae Eucharistiae argentea. Chrismale argenteum. Calices tres argentei, quorum 2 deaurati in parte. Cassula ex procedella flava cum cruce auro texta figurata. Cassula ex adamasco albo cum cruce ex veluto. Cassula ex adamasco coloris violacei, cum cruce lata auro texta et figuris. Cassula nigra ex ezambeletto undulato, cum cruce simili. Cassula ex axamento coloris violacei, cum cruce lata auro texta. Cassula ex veluto maculoso variique coloris. Cassula pannosa purpuriana rubra cum cruce kamchea. Cassula kamchea vetus. Omnes istae cum suis pertinentiis. Sunt praeterea humeralia tria, manufacturae singularis: 1 ex circulis argenteis deauratis, cuius in medio lapis pretiosus instar cristalli. 2-o ex fibulis et circinis argenteis deauratis, cum fimbriis auro textis, cuius in medio circulus cum Crucifixo argenteo. 3-o ex circulis orichalceis deauratis, cum Agno et litteris margaritis seu textis. Velum ciborii ex veluto nigro cum cruce cristallo insignita. Antependia tria rubra ex grubrino et tria ferialia kamchea. Pellae 15. Mantilia 10;

<sup>1)</sup> Non habet vicarium.

minora pensilia ad ceroferaria 5. Mantilia ex tela sericea pro monstrancia ornanda 2. Strophiola altarium 4, alias *szczyzynki*, lineae acu filo sericeo pictae, cum figuris. Tobalea longa altaris maioris supra monstrancia vario filo sericeo depicta, cum imagine S. Georgii filis aureis intexta, longitudinis ulnarum 7. Cuppa ex adamaseo viridi florisato cum colari et marginibus procedellae flavae et cuppa decenti. Velum pro calice sericeum. Corporalia 3 cum custodiis. Velum quadragesimale simplex. Superpellicia tria; minora pro pueris 4, et cappae 4. Candelabra 5 cuprea et stanneum 1. Vexilla 6. Ampulae stanneae 6. Lagenae stanneae 1. Thurribulum ferreum; caldaria 2, culcitra 2. Tectorium feretri ex tela picta. Cistae 4, quarum tres in sacrario ferro munitae. Campanae tres in campanili; signans 1 et manuales 3. Seracula pensilia 8. Pannus rubeus pro gradibus altaris maioris.

*Victrici.* Victrici numero 4, possessionati: Stephanus Dabek, Bartholomaeus sutor, Matthias Męczykał, coloni de Śmiłowice, qui etiam examinati, testimonium supradictorum sufficiens, praesente parochi, de omnibus et singulis exigente Visitatore perhibuerunt. Idem cum tabula circumveniunt et collectas curant. Rationes accepti et expensi parochi et aliquot nobilibus parochianis faciunt. In paratis flor. 15 habent. Idem ex tabula et gazophilacio necessaria omnia provident. Et ollam vini annuatim unam, reliquum autem vini ipsemet plebanus suppeditat. Fraternitates nullae sunt, curat tamen parochus fraternitatem excitari. Domus pauperum, propter infirmos, absque horto et ullo subsidio. Pauperes ad praesens sunt 8, qui vivunt stipe eleemosinaria parochianorum. Pixidem habent cum tintinnabulo, collectam distribuit parochus.

### Kłobnia Regalis.

Villa castri Braestenssis. Ecclesia parochialis lignea, tituli S. Adalberti. Dedicacionis prima dominica post Michaëlis. Exstat monumentum indulgentiarum ab Episcopo Chelmensi anno 1474 dierum 40,



idque pro die festo S. Adalberti patroni, S. Georgii, Nicolai et S. M. Magdalenae donatarum, quae tamen in usu non habentur, nec publicantur. Ciborium negligenter curatur. Baptisterium absque clausura. Templi et sacrarii clausura debilis. Altaria 3, cum portatilibus integris. Imagines altarium obscurae Coemiterium reparandum restat. Campanile pene absque tecto, templo contiguum. Liquores sacri ex Wladislavia.

*Dos Ecclesiae.* Erektionis litterae non inveniuntur. Pro dote habuit praedium desertum, dictum Kaniewko, sed sacrilege collusione quadam iuridica, alienavit ab ecclesiae possessione quidam nomine tenus Czarnkowski nuncupatus. Qui plebanus existens, idemque saecularis, vix in minoribus Ordinibus constitutus, cum sui loco vicarium suum in fictitum plebanum, nomine Matthiam, sibi similem constituisset, ipseque Czarnkowski dotem eandem ecclesiae, Kaniewko dictam tenens, per hunc simulatum et fictum plebanum se citari nomine iniquae possessionis curasset, ac in eadem ecclesiae dote recuperanda vicarius fictus plebanus ultro (scilicet cum Czarnkowski ludens et ridens) in causa succubisset, concesso, ac si ille Czarnkowski non titulo plebanatus hunc fundum possideret, tandem collusionem illam effectum, ut deinceps Czarnkowski iure haereditario dotem hanc ecclesiae, seu praedium occuparet, inde Iscarioti in prodendo Christi patrimonio persimilis. Postmodum vero idem praedium alius post alios possessoribus venditum, cum iure recuperari non posset, tum quod causa in rem iudicatam transisset, tum quod ab ea non esset provocatum, necessario fuit transactio ineunda per Rev. Dnum D. Hieronymum comitem a Rozdrazow Ep. Wladislaviensem, pastorem vigilantissimum, cum Stanisl. Siewierski, protunc huius praedii possessore, quod ut pleno iure obtineret Siewierski, sexcentos flor. eidem Reverendissimo feliciter moderno numeravit, quae quidem summa pro usu ecclesiae praefatae asseritur in praetorio Braestensi esse reposita. A qua tamen summa ecclesia Kłobienensis censum non percipit: petunt curatores ecclesiae, ut persolvatur. Haec transactio re-

centior invenitur in actis Rev. Dno Episcopi moderni. Decretum vero per illam collusionem obtentum, invenitur in actis terrestribus Braestensibus feria 3 post Dneam *Reminiscere* anno 1571 factum. Sunt praeterea mansi agri duo inter agros emetonum, singuli sulcorum 14. Hoc asseruerunt examinati victricis et coloni villae Kłobia, nimirum Joannes Surma, Georgius Golenia, Andreas pellifex et nobilis Andreas Mikołajczewski inspector et curator eiusdem ecclesiae, qui se hoc ipsum a maioribus suis didicisse retulerunt. Modo vero quoniam loco siti sint et quis excolat eosdem, docere evidenter non potuerunt. Opinantur tamen coloni, eos praedio advocatiali esse annexos, cuius possessor est Joannes Begiell, civis Braestensis, pro advocatia ibidem septem mansos excolens et possidens. An vero tot mansos privilegium ipsius teneat, inquirendum restat. Est etiam hortus ultra domum plebanalem, situs inter agros advocatiales Dni Begiell ex una, et agros Dni Tulibowski ex altera partibus, cuius longitudo et latitudo unius instar stadii, quem etiam hortum possidet idem Begiell, ad fundum ecclesiae pertinentem, quod Dnus Andreas Mikołajczewski cum pluribus colonis est attestatus, vel hic Begiell de iure suo doceat. Sunt etiam domus aliquot in fundo plebanali circa ecclesiam: prima plebanalis cum horto, quam inhabitat Commendarius; secunda ultra viam regiam versus fluvium, cum hortulo, quam pellifex inhabitat, censum victricis 12 gros. solvens; tertia domus, quam inquilinus inhabitat effrenis, nihil solvens. Domuncula quarta contigua eisdem pro ludirectore, quam olim inhabitabat vicarius, cum horto sulcorum 20. Sed ex his 10, Joannes Surma victricis sibi nullo iure usurpat, et ad ecclesiam pertinere nefarie subticet.

*Decimae parochiales:* Ex agris emetonum et advocatialibus huius villae decima manipularis ad vicarios ecclesiae cathedralis Wladislaviensis spectat, pars tamen quota eiusdem decimae pro altari S. Barbarae in eadem ecclesia cathedrali cedere debet. Pro parrocho vero decima praedialis, itidem manipularis. Decima Osiec. Decima Kaniewo. Decima Golambino

praedialis. Decima Irzmanowo praedialis, post culturam nobilium. Decima praedialis in Kaniewo.

*Villae Parochiales.*: Kłobia, Irzmanowo, Otmianowo maior et minor, Mikołajewice, Paruszki, Kaniewo, Golembino, Popowiczki, molendina duo, Kłobski et Kaniewski. Andreas Koczur civis Braestensis testatus est, ex parte decimae Osiecz transactionem iuridice factam et actis Braestensibus inscriptam. Mansos etiam in Kłobia duos plebanales fuisse, idem Koczur affirmat.

*Parochus.*: Ecclesia haec parochum non habet. Ultimus et immediatus eius parochus fuit Rev. Gregorius Błędowski, praepositus Żukowiensis modernus. Administratio spiritualium penes Nicolaum de Ligowo dioecesis Plocensis, actu presbyterum. Hic modestus quidem, at concubiniarius notorius. Eius concubina hoc anno vita defuncta, triplicem illi prolem reliquit. Ad praesens ancillam concubinam tenet, quam cautus occultaverat, praesente Visitatore, una cum pueris. Admonitus officii et vocationis, nihil respondit. Idem rudis ac plane idiota visus. Salarii certi liquidi nihil omnino habet, excepto quod collecta eleemosinaria colonorum et parochianorum arbitraria sustentatur. Ex tabula etiam illi per victricos pars datur, quod nisi fieret, ecclesia fortasse Commendario vacaret. Consulendum restat, ut Commendarius salarium statum aliquod habeat. Domini parochiani a Rev. Dno Episcopo plebanum dari efflagitant. Ad ecclesiam est magister cum cantore, stipe et petal et tertia parte accidentium contentus. Scholares pauci. Domunculae ruunt. Ornamenta ecclesiae neglecta. Ecclesia tamen opera victricorum tegulis ligneis intacta. Ab eisdem crux argentea et Missale Romanum et Agenda Petricoviensis reformata, hoc anno comparata, ex collectis a parochianis exactis. Commendarius Brevarium habet cum sua Rubricella. Divinus cultus pro more villarum. Hostiae renovantur rarius. Admonitus officii Commendarius. Crux nondum consecrata, similiter campana in campanili maior. Corporalia et purificatoria immunda. Absolutionis formam ignorat, eam ex Agenda recitare ius-

74; petita  
de domo d. d. l.

Naboiestus  
wegellic

! memo formaty  
absoluty

sus. Cum casibus dicit se remittere solere. Metri-  
culae baptisatorum et contrahentium scribuntur. Dicit  
se confiteri solere Braestiae, vel in Chodecz, sed vix  
credibile. Lustralis aqua prae foribus.

*Supellex Ecclesiae.* Calices duo argentei cum  
patenis, quorum unus fractus. Crux argentea nova  
et altera lignea cum Reliquiis. Pacificale argenteum  
parvum. Chrismale stanneum. Monstrancia cuprea  
cum Melchisedech argenteo. Pixis Sacramenti Vene-  
rabilis ex orichalco, cum duobus stanneis vasculis.  
Cassula ex veluto falso, cum cruce viridi et omnibus  
pertinentiis. Cassula cum adamasco rubro, cum cruce  
lata, figuris auro texta et apparatu toto. Cassula  
ex medio hatlaso, caerulei coloris, cum cruce simili.  
Cassula ex adamasco nigro pro defunctis, cum atti-  
nentiis. Cassula ex panno viridi, cum humerali et  
alba. Cassulae duae nullius usus. Cappa kamchea  
flavi coloris cum colari auro texto. Cappa ex nigro  
barchano. Antependium ex albo medio raso per co-  
lumnas. Antependium sericeum, tertium ex bar-  
chano, quartum pannosum. Pellae communes 11, man-  
tilia 7, mantilia subtilioris telae 5. Strophiola alta-  
ris 3: primum telae tenuioris, sericeo filo rubeo de-  
pictum; alterum nigro filo; tertium ex serico simplici  
rubeo circulo trinae argenteae intextum. Corporalia 3  
cum custodiis et scatula pro corporalibus. Mantilia  
parva ad ceroferaria 2. Superpellicia 2 et pro pueris  
alia duo. Candelabra 4 stannea, ampulae 4. Thur-  
ribulum, caldaria 2, vexilla 6. Ferrum pro hostiis.  
Campanae 3 in campanili, signans 1, parvulae 3.  
Candelabrum pensile ferreum ante ciborium.

*Libri:* Missale Gnesnense unum, et aliud Roma-  
num novum. Graduale pargamineum vetus, Antiphona-  
rii tantum reliquiae. Psalterium non habetur. Agen-  
da Gnesnensis vetus, lacerata et reformata Petrico-  
viensis. *h. 1577 r. (Gnesnensis)*

*Victrici:* Joannes Surma et Martinus Drob, coloni  
de Kłobia; superintendens horum D. Andreas Mikołaj-  
czewski, parochianus, qui et calculum ab eisdem exi-  
git. Vinum, thus, cera, fabrica ecclesiae et alia omnia

per victricos providentur, proinde pecunia pro usibus ecclesiae exposita. In paratis nihil prorsus habent. Fraternitates nullae sunt. Lapidis ingentes occupant chorum minorem. Iniunctum victricis ut eiicendos curent. Funiculi ad tintinnabula ex comis mulierum facti, per Visitatorem avulsi, hoc ne fiat curabit Commendarius.

### L u b o m i n .

Villa Reverendissimi, seu ipsius Suffraganei Wladislaviensis. Ecclesia tituli SS. Trinitatis et S. Barbarae. Anniversarius Dedicationis dominica 1 post festum OO. SSorum <sup>1)</sup>. Indulgentiae authenticae non habentur, pro die tamen festo SS. Trinitatis fit maximus hominum undique pro exsolvendis votis confluentium concursus. Paries chori maioris ad lapsum graviter inclinavit et brevi labetur ni mature succurratur. Chorus maior tabulato superiore compactus non est, unde plurimae decidunt avium sordes. Campanile sarcieundum, ossorium non est, in foveam deiiciuntur ossa eruta. Templi et sacrarii clausura infirma, sera corrupta. Unde suppellectilis potioris pars maior in domo victricis deposita asservatur. Scrinium quoque depositi ecclesiastici non clausum, per sacrilegos ante annos fere corruptum. Altaria duo ornata cum portatilibus integris. Ciborii et baptisterii decens curatio. Chrisma ex Wladislavia.

*Dos Ecclesiae:* Dotis habet duos mansos agri cum pratis contiguus. Excolebat hos agros hactenus parochi arendarius. Censum et decimam ex eis pendens Commendario. Jam vero pro praedio excoluntur certo cum Commendario pacto. Domus plebanalis cum suis caulis modica, quam incolit Commendarius <sup>2)</sup>. Ecclesiam et domum plebanalem, pratum ambit plebanale.

<sup>1)</sup> Denuo consecrabitur, quia de novo consistit ex parte aedificata.

<sup>2)</sup> Na wszystkiej roli plus minus 16 kop się rodzi, zapłatę bierze X. pleban od X. Suffragana.

nb. Ecco hincna  
vreme Rodniny

Ex opposito templi hortus est plebanalis, versus meridiem protensus, latus plusquam stadium 1, quem Commendarius partim oleribus, partim siligine consecovit. Schola in area villae lacera, non resarcitur. Magister scholae eam inhabitat absque cantore, cui Commendarius 3 flor. salarii pacti persolvit annuatim.

*Decimae plebanales.* Ex praedio villae Lubomin manipularis, quam decimat Commendarius, quamquam non ex aequo, ut aiebat <sup>1)</sup>. Ex eodem praedio, iuxta revisiones antiquas, missalium provenire deberent plebano 10 coreti siliginis et totidem avenae, quae non extradantur. Item villa Lubomin habet mansos 16, quos octo cmetones possident, singuli videlicet mansos duos et ex quolibet praestare deberent coretum unum siliginis et 1 avenae; porro tantum ratione mansi unius tam siliginem, quam avenam Commendario pendunt <sup>2)</sup>. Ex desertis etiam mansis duobus pro praedio conversis, nihil datur. Advocatae 2 olim fuerunt pro praedio exemptae et conversae, ex quibus missalia, quae deberent provenire non conferuntur. Item decimae huc pertinent ex villis nobilium Szezkowo et Ciepliny manipulares, non solvuntur <sup>3)</sup>.

*Parochus:* <sup>4)</sup> Ecclesia parochia destituta. Commendae titulo residet ad ecclesiam Ven. Laurentius Lobziensis, presbyter, formatas et commendam habens. De conversatione suspectus, quippe domi suae coctricem alit juvenem, cum puero annorum duorum circiter, quam secum huc ex Polonia advexit. Hunc puerum negat esse suum et viduam vocat. Rem familiarem curat; mundam etiam pro virili ecclesiam servat. Bis vel ter in septimana celebrat, nisi forte vinum deficiat. Hostias renovat pro tempore. Corporalia munde habentur. Metriculas scribit, coronam gerit. Confitetur Commendario Izbicensi pro exigentia temporis. Cera non suppetit, unde nec lumen ante

<sup>1)</sup> Plus minus 6 kop, czasem 10.

<sup>2)</sup> 15 korcy żyta i 15 owsa JM. X. Suffragana, a chłopci 9

<sup>3)</sup> Po folwarkach.

<sup>4)</sup> Ven. Bartholomaeus z Lubrańca.

ciborium infra divina, quippe cera, thus, vinum, fabrica et reliqua per victricos ex sola tabula procurantur, sed haec tabula admodum parum vel nihil colligit, eo quod sola tantum villa parochialis Lubomin, idque minus populosa. Inservit interdum Commendarius villis parochialibus ecclesiae desolatae Boniewo. Victrici duo ecclesiae, coloni de Lubomin. Omnes villani confessi pro paschate, qui et pauci sunt. Fraternitas nulla est.

*Supellex Ecclesiae.* Calix unus argenteus, ex parte inauratus cum patena. Calix alter in domo plebana, aliquando incendio liquefactus, cuius reliquiae R. D. Lanczki Suffraganeo Wladislaviensi a victrico Christophero Sayda traditae pro aliquo elenodio inde comparando. Pacificale rotundum argenteum. Crucem et arcam Ven. Sacramenti non habet ecclesia. Monstrantia cuprea simplex et immunda et fracta. Cassula de hatlaso rubeo, cum trina alba et apparatu suo. Cassula ex adamasco florisato purpurei et rubei coloris, cum cruce ampla figuris texta <sup>1)</sup>. Cassula ex medio raso lacera, vetus. Omnes cum attinentiis. Cassula ferialis kamchea viridis. Cappa solemnis ex medio hatlaso coloris viridis cum marginibus et colari ex atlaso stragulato <sup>2)</sup>. Cappae duae pro pueris ex muchaiero viridi. Antependium rubeum ex muchaiero trabeato cum trina alba <sup>3)</sup>. Antependium ex muchaiero viridi. Mappae 4. Mantilia 10; telae subtilioris 4. Superpellium 1. Szerzynka linea, sericeo filo acu picta cum figura Crucifixi; altera simplex. Velum pro calice serici simplicis viridis. Corporalia 2. Palla 1, cum purgatoriis aliquot. Candelabra lignea. Ampullarum 2 paria stanneorum. Thurribulum cupreum. Vexillorum 2 paria. Caldaria 2. Pannus pro gradibus al-

---

<sup>1)</sup> Adamaszkowy biały ornat od pani Siewierskiej i biały kitajczany od J. M. X. Suffragana i dziki kitajczany od Strycha ze Wloclawia.

<sup>2)</sup> Ornat lazurowy modry od J. M. X. Suffragana i czarny muchaierowy.

<sup>3)</sup> Antependium białe muchaierowe od J. M. X. Suffragana.

taris. Campanae 2 in campanili, signans 1, manuales 3. Velum quadragesimale ex tela nigra <sup>1)</sup>).

*Libri:* Missale Romanum novum et Agenda nova. Missale vetus Wladislaviense. Graduale pargamineum pruthenicum. Antiphonarium et Psalterium non sunt. Breviarium Wladislaviense laceratum. Est et Graduale papyraceum parvum, ex ecclesia Boniewo mutuatum.

### Boniewo.

Villa D-ni Joannis Siewierski; collator idem. Ecclesia parochialis tituli Visitationis B. M. V. Dedicationis anniversarius Dominica prima post Michaëlis. Porro ab annis ferme 10 per eundem collatorem haereticum turpiter profanata. Templum ligneum, clausum, plane absque tecto et tabulato superiore. Coemiterium disiectum, uti et ossorium. Campanile annexum templo tecto lacero et campanas 2 habet. Altare ornatum mappis, antependio, candelabris et portatili. Indulgentias peculiarias habuit haec ecclesia privilegiatas cum sigillis Cardinalium plurium appensis. Unde pro festo Visitationis B. M. V. frequentissimus eo confluebat populus. At omnia uti et literas haeresis inimica violavit et absumpsit. Templum sepulturae haereticorum destinatum, qui ex tota ferme Cuiawia eo comportantur, quorum sepulturae semper adest minister aliquis haereticus, potissime vero minister Radzieiowiensis. Dotis ecclesiae mansi duo, quos idem D-nus Siewierski ausu occupavit haeretico. Quidam asseruerunt, mansos plebani esse et fuisse 4. Domus plebanalis ex opposito templi, quam inhabitat factor villae. Schola corruit. Hortus plebanalis inter agros cmetonales situs. Vasa et ornamenta ecclesiae in curiam translata. Verum D-na Siewierska foemina, ut aiunt catholica, providet sedulo, ne quid horum depereat vel paedore corrumpatur situmque per incuriam. Eadem vel propriis impensis eandem ecclesiam reparandam sibi sumpsit tectoque

<sup>1)</sup> Resurrectio non est.



munendam, quam et restitutam iri cultui divino omni ope admittitur.

### B ł ę d n a.

Villa nobilium trium, absque emetonibus. Collatores D. Albertus Grochowicki, venator Braestensis ex una et Rochus Wierzbicki, Thomas Błędzki, Stanislaus Rośniecki ex altera partibus, idque vigore alternatae. Hi posteriores plebanum modernum anno D-ni 1597 praesentaverunt. Ecclesia tituli S. Margaritae. Anniversarius Dedicacionis Dominica 1 post Michaëlis <sup>1)</sup>. Indulgentias habet peculiare nonnullas, quarum exemplar infra. Vacabat ecclesia absque parochio annis fere 8. Domus etiam plebanalis desolata stetit. Modernus plebanus reficit omnia. Templum ligneum cum campanili contiguo, utrumque reficitur. Ossorium integrum. Coemiterii septa nulla sunt, sed pollicentur operam parochiani. Intus ornatur eleganter ingenioque parochi expoliuntur universa. Altaria duo cum portatilibus integris. Clausura templi, sacraarii, ciborii, baptisterii, apta.

*nb. z miedziem l. wyraz*  
*Dos Ecclesiae:* Sanctuarium a nobilibus fuit his annis occupatum: iam vero moderno plebano ab eisdem restitutum, quod quidem tale est. In primo campo versus Dziewczopole maior sunt 2 portiones agri <sup>2)</sup> et communiter dicuntur additamenta, alias przydatki. Alterum habet 22 sulcos, stadiorum 3. Alterum 10 sulcos stadiorum 2. Queritur plebanus, nobiles Rosnieckie sulcos 12 ab hoc additamento praedio suo contiguo adiunxisse, quos olim patruo ipsorum Petro Rosniecki Ven. Joannes Pinczyński, plebanus in Błędna, uti amico benevolo, ad usufruendum vivens concesserat, quod quidem omnes parochiani clare attestantur.

<sup>1)</sup> Modernus parochus praesentatus a Dno Grochowicki Jaroslao.

<sup>2)</sup> Na Debiankach sztukę roli odjęto, do granic Wieszelskich. Tamże przeciwko łące w drugim polu Kazmirzowem odorał trzy składi Stanislaus Wieszelski.

Modica prata his agris annexa. In secundo campo, versus Rybna, mansus agri unus sulcorum 20, stadiorum 7 vel ultra, et protenditur usque ad limites villae Rybna, <sup>1)</sup> cuius pars virgultis et rubetis obsita. In eodem campo additamenta duo: alterum habet sulcos 22, stadiorum 3, alterum sulcorum totidem stadiorum 2; virgultis autem stadium tertium consitum et protenduntur haec additamenta usque ad granicies Wiszelice. In tertio campo mansus unus sulcorum 18, stadiorum 7, vel ultra, qui protenditur usque ad granicies villae Sezkowo. In eodem campo additamenta duo: alterum sulcorum 18, stadiorum duorum; alterum sulcorum 22, stadiorum trium, quae protenduntur usque ad ripam lacus Błędna, ratione cuius contiguitatis habet plebanus piscationem in lacu liberam et unam tracturam de antiquo iure sagepalem <sup>2)</sup>. Item silva est plebanalis in fundo villae Błędna, versus Żarowo, sita inter fundum Rochi Dziebicki et Thomae Błędzki, eademque ex parte depopulata. Habet item plebanus in fundo villae Dębianki portionem agri sulcorum triginta, stadiorum duorum, uno in campo tantum; situs hic ager inter fundum Stanisłai Naczachowski et fundum Stanisłai Wietrzychowski. Direptus hic fuit ager a nobilibus villae Dębianka et diu ab eis possessus. Iam tandem consensu eorundum nobilium plebano moderno, una cum omni crescentia, anno Dni 1597 restitutus, quam quidem crescentiam omnem plebanus hoc ipso anno praesenti demessus est et rursus pro anno insequenti eundem agrum pro usu suo libere consevit. Juxta hunc agrum est pratum plebanale, cuius etiam est in usu plebanus. In altero campo eiusdem villae Dębianka, sub palude dicta Kiersz, est pratum spaciosum proferens capetam 1 faeni, quod etiam pratum ab eisdem haeredibus est manumissum et plebano pro iure debito libere et ultro restitutum.

<sup>1)</sup> Broni tego Tomasz Błędzki.

<sup>2)</sup> Pan Osiecki bronj.

*Decimas habet infrascriptas manipulares:* <sup>1)</sup> In villa Błędna ex praediis. In villa Wiszelice ex praediis. In Dziewczopole maiore et minore ex praediis. Item in villis Gogoły, Smiły, Rogoski, Dębianki, ex praediis. Ex his omnibus praediis et villis parochialibus, decima quidem manipularis, at non aequivalens crescentiae cuiuslibet omnis grani et seminis, plebano a nobilibus penditur et ab eisdem in horreum plebanale, iuxta morem antiquum convehitur <sup>2)</sup>. Est etiam praedium Sady, tenutae ad praesens D. Nicolai Niemojewski, ex quo olim manipularis, at nunc nihil prorsus datur <sup>3)</sup>.

*Villae parochiales:* Błędna, Dziewczopole maior et minor, Wiszelice, Gogoły, Smiły, Rogoski, Dębianki. Haeretici hic nulli sunt <sup>4)</sup>.

*Parochus:* V. Andreas Bembus Wladislaviensis, legitime <sup>5)</sup> praesentatus et investitus ad ecclesiam praefatam, ab anno uno residens, morum, vitae, modestiae ac studii diligentiaeque laude commendatus. Non solum suis, sed etiam vicinioribus parochianis charus. Talentum in concionibus habet, nec illud sub medio abscondit, spem de se multis certe bonam dedit. Solus cum duobus servitoribus habitat, patrem et matrem penes se habens, per quos etiam rem familiarem curat, ipse lectioni librorum, quos egregios habet, saepius intentus. Eius hortatu excitati, confessi omnes parochiani, etiam hi, qui nunquam fere confitebantur. Cum eodem plebano nuper media fere pars parochianorum Czestochowiam peregrinabatur. Confirmandi restant plurimi, quod et exoptant. Pro festis solemnibus frequentes ex parochianis confitentur, parochianos quosdam ecclesiae Izbicensis, utpote suae ecclesiae viciniore, cum consensu tamen Commendarii

*Marudacja*

*Wielogymni  
maszowe do  
Dzielnick. szujaw*

<sup>1)</sup> Nobiles 6 dają 5 kopi, a jarzyny co chca; snopami półszósty kopy, a dwaj mendli, Piotrowski y Chyliński 7 kop żyta.

<sup>2)</sup> Niewożą teraz.

<sup>3)</sup> Obiecała płacić pani Niemojewska.

<sup>4)</sup> Dwie krowie dano kościołowi, świni 3.

<sup>5)</sup> Ven. Gregorius a Chodecz.

Izbicensis, sacris procurat. Est ad ecclesiam ludirector cum cantore et scholaribus paucis. Curabit plebanus catechismum per pueros recitari, cuius rei est admonitus diligenter. Decalogus canitur singulis diebus dominicis et Bogarodzica semper ante processionem. Interdum loco Bogarodzica Litaniae de B. M. V. figurali cantu decantantur. Semel in domo privata nobilium sacramentum matrimonii contulit, id cavebit deinceps. Ablutio inter communicandum datur ex calice diverso, illam ludirectore porrigente. In reliquis omnibus, quae curam animarum et administrationem spiritualium concernunt, cautus et prudens.

*Domus plebanalis.* Domus plebanalis, quae iam plane corruerat, magna ex parte sustentata, reparata et ornata, cum horto adiacenti et prato pascuali, quod extenditur usque ad agros plebanales <sup>1)</sup>. Est domus collapsa inter plebaniam et templum, propinqua nimis templo. Ob periculum incendii evitandum, ut alio transferatur, mandatum est plebano, quod et praestabit <sup>2)</sup>. Retro ecclesiam, ultra viam publicam, est hortus, itidem plebanalis, in quo domus olim vicarii et schola fuit.

*Supellex Ecclesiae:* Calices 3, quorum unus elegantius fabrefactus et magnus integraliter una cum patena inauratus et coloribus impinguatus coelestinis circa cuppam. Duo reliqui argentei simplices. Crux tota argentea, altior cubito uno <sup>3)</sup>. Pacificale orihalceum deauratum rotundum. Chrismale stanneum. Monstrancia cuprea simplex. Melchisedech plumbeum. Pixis pro Ven. Sacramento nulla est, excepta scatula et vasculis et patula, non ineptis tamen. Cassulae 8. Cassula ex albo adamasco cum trina aurea. Cassula ex adamasco rubeo cum cruce figuris et auro texta. Cassula ex veluto nigro cum trina alba. Cassula viridis coloris ex hatlaso, cum cruce auro texta figurata. Cassula ex muchaiero viridi, cum cruce trinae

<sup>1)</sup> Modernus parochus reparavit.

<sup>2)</sup> Zniesiono go.

<sup>3)</sup> Popsowany na kolendach.

albae. Cassula ex czambeleto subnigro. Omnes istae cum attinentiis. Cassulae duae praeterea pannosae veteres et quarum nullus usus <sup>1)</sup>. Cappa ex raso rubeo cum colari kamecho. Cappa ferialis kamecha vetus. Antependium ex raso seu hatlaso rubeo viridi et albo per columnas. Antependium ex muchaiero rubei et viridis coloris per columnas. Antependium lineum trabeatum vetus; quartum ex reticula linea cum subducto telae rubeae. Mappae 17. Mantilia decem; telae tenuioris 8. Tobaleae duae: aera filis lineis, altera filo sericeo acu picta <sup>2)</sup>. Strophiola altaris duo, filo sericeo varii coloris picta <sup>3)</sup>. Velum 1 serici viridis, alterum privatum parochi. Corporalia 4, pallae 2. Tapheta aurea pro velanda monstrancia ulnarum duarum. Mantile album telae sericeae stragulate ulnarum 5, pro velandis imiginibus altaris. Velum pro ciborio ex muchaiero rubeo ulnarum duarum. Superpellicium 1 et pro pueris 2. Candelabra lignea recens picta 2. Vexilla 4, ampulae 3, lagenae 1 pro vino. Thurribulum cupreum, caldaria 3. Pannus pro gradibus altaris. Serinia duo in sacratio ferro munita. Campanae in campanili 2, signans 1, tintinnabula tria, scrae pensiles 4, ferrum pro hostiis.

*Libri:* Missale Gnesnense, aliud Romanum, plebani proprium. Agenda Gnesnensis. Graduale pargamineum 200 fol. circiter <sup>4)</sup> Aliud papyraceum. Antiphonarium papyraceum. Psalterium lacerum. Rationale divinorum. Vincentii Homiliarum pars hiemalis. Joannis de Turrecremata super psalmos Davidicos. Michaelis Lochmajer Homiliae de Sanctis. Homiliae quadragesimales incerti auctoris. Margaretha philosophica totius philosophiae. Biblia sacra in folio <sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> Cassula nowa dzika kitajkowa.

<sup>2)</sup> Serico rubro picta.

<sup>3)</sup> Rąbków 3 czerwone, zielone i czarne kytajkowe i białe złotem szyte.

<sup>4)</sup> Amissae 17 chartae

<sup>5)</sup> Niemasz tych ksiąg, bom był je pobrał.

*Victrici*: Victrici duo; vinum, thus, ceram et alia suppeditant necessaria. Regestra conscribuntur. Plebanus hos praesente aliquo parochiano nobili ad calculum vocat. In paratis gr. tantum 5. Fraternitas nulla est.

*Exemplar Indulgentiarum in Błędna*: Alexander Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Margari-tensis. Residentibus in civitate et Dioecesi Wladisla-viensi salutem in Domino universis Christi fidelibus, harum noticiam habituris prae oculis illud iudicium, coram quo oportet nos praesentari, ubi non erit distin-ctio inter principem et agricolam, divitem et paupe-rem, nobilem et plebeium, sed ubi idem iudex et tes-tis tempore satis tremendo, ubi de omni verbo otio-so rationem reddere necesse fiet, teste de hoc Domi-no nostro Jesu Christo, ubi erunt opera, verba, co-gitationes turpes, dies magna et amara fiet tunc, quan-do et virtutes coelorum movebuntur. Idecirco eleemo-sinis peccata nostra necesse est redimere, teste pro-pheta, ex quo in illam civitatem nihil coinquinatum intrare potest. Qui vero ad ecclesiam parochialem in Błędna, per nos consecratam, in honorem Sancto-rum ac Sanctarum et Electarum Dei Margarethae, Sanctae Mariae Conceptionis ac SS. Stanislai, Hiero-nimi, ac Gregorii et Ambrosii. Attendendum multipli-cationi malorum et quia non est homo super terram, qui non peccet, cupiens poenitentibus de suis pecca-tis succurrere, confisi de misericordia Domini nostri et eius effusione sanguinis ac meritis SS. Omnium, omnibus qui manus huic Ecclesiae adiuctrices por-rerint, sive ad necessaria ipsius et ad decorem et ornatum ecclesiae, per nos consecratae, contri-buerint, quodcumque id fecerint seu aliquid illorum vel ipsam ecclesiam visitaverint, et in eadem *Pater noster* devote oraverint, seu divina officia audiverint, in eadem 40 dies indulgentiarum de iniunctis ipsius poenitentis elargimur. Qui etiam in uno denario unum diem, qui vero in pluribus seu valore plurium ei totidem usque ad 40 dies, non ultra, concedimus indulgentiarum. Qui vero presbyterorum id populo

notificabit, tres dies indulgentiarum, specialiter concedimus eidem, perpetuis temporibus omnes duraturas. In quorum omnium fidem ac testimonium praesentibus fecimus nostrum sigillum subappendi. Datum Wladislaviae 28 mensis Augusti, anno Incarnationis Domini 1517.

### Przedecz.

Oppidum Regium. Ecclesia tituli S. Nicolai. Dedicationis anniversarius dominica prima post Michaëlis. Praeter indulgentias Gregorianas, quae publicantur, sunt quaedam peculiare indulgentiae, olim a Zbigneo Archiepiscopo et ab aliis Episcopis, de data anni Dni 1530, dierum 40 pro festis Paschae, Pentecostes, Ascensionis, Trinitatis, Joannis Baptistae, Petri et Pauli Apostolorum, S. Nicolai, S. Catharinae et Omnium SS. ecclesiae huic concessae. Litterae foundationis non inveniuntur. Templum muratum, tegula lignea nuper tectum <sup>1)</sup>. Coemiterium bene septum, cuius porticus omnes noviter ex collectis piorum hominum constructae. Vestibulum etiam templi recens erectum. Ciborii et baptisterii decens curatio. Altaria tria cum suis portatilibus integris, at informiter et indirecte collocata. Consilium requirit parochus, an in locum commodiorem transferri ea liceat, nec ne. Liquores sacri ex Klodawia, hoc est aliena Dioecesi, petiti. Tabulae altarum perantiquae, renovationis indigent.

*Patrimonium Ecclesiae:* Domus plebanalis comoda satis cum hypocausto, cubiculo, et conclavibus 2 in atrio, circumsepta, habens aliam domum pro familia, cum caulis et horto adiacenti. E regione templi schola sarta tecta, pone hanc domuncula vicarii deso-

<sup>1)</sup> Item, po powietrzu 1605 kupieli wytrykosze za 60 grzywien pieniędzy kościelnych ex legatis quarte roli, obie quarcie czynią polwłóczek: urodzi się plus minus kóp 20, trzeba uczenie ordinaacya, żeby za ni je bywali Anniwersarze.

lata <sup>1)</sup>. Extra coemiterium versus orientem est domus in fundo ecclesiae sita, quam ex antiquo more modernus inhabitat vicarius. Reditus vero plebanales hi sunt: Imprimis praedium ultra lacum Praedecensem, certis metis ac scopulis circumscriptum, situm inter agros praediales castrenses et agros oppidanorum. Hoc praedium coarat ipsemet parochus, quod tamen primo tantum anno et secundo consemnatur, tertio prorsus vacat, vacantibus et agris circumvicinis. Nomen praedii Słup. Pratum huic praedio annexum, quod quidem usque ad ripam stagni protenditur <sup>2)</sup>. Est item mansus <sup>1</sup> agri omnium trium camporum in fundo oppidi, olim ecclesiae praefatae, a quodam oppidano, ab annis ferme 70 legatus <sup>4)</sup>, et actis oppidanis insertus, quem plebanus ex decreto Officii Wladislaviensis anno Dni 1530 facto excolit, ratione cuius pro fabrica ecclesiae singulis annis ad manus aedituorum pendit marcas duas numeri polonicae, quod et Rev. Dnus noster feliciter modernus auctoritate sua comprobavit <sup>3)</sup>. Piscatio in lacu Przedeczensi plebano ecclesiaeque ministris libera fuit antiquitus, nec modo impeditur <sup>4)</sup>.

Est jas (*rete*) quidam plebanalis in profluvio ex lacu emanante versus Zalesie, cuius quidem in usu parochi Praedecenses semper fuere. Ad praesens assentientibus parochis ea fossa seu profluente usu fruitur D. Capitaneus Praedecensis, ratione cuius pisces ter in septimana qualibet, tum et aliis praescriptorum ieiuniorum diebus, parocho suppeditat, qua pensione

<sup>1)</sup> Nie masz go już.

<sup>2)</sup> Kiedy urodzaj, tedy 15 kop się dostanie.

Nota bene. Fundował kościółowi quarte roli pan Jan Charkowski mieszczanin przedeci, żeby pleban odprawiał feria 2 pro defunctis, feria 4 pro peccatis, moderanda obligatio per Episcopum. Item kupił witykusze ex legatis ogród i stodołę za grzywien 25, przyległ ten ogród do ogrodu plebańskiego i do roli i tak dla pokoju sasieczkiego kupił.

<sup>3)</sup> Arendą daje pan pisarz 10 grzywien, ale X. pleban nie daje nic kościółowi.

<sup>4)</sup> Podstarościę albo tego co rządzi, wzywał, choć pan kaže, nie dają.



modernus plebanus asserit se esse contentum; successoribus suis hac in parte non praescribendum. Quin etiam et vicario et ludirectori certa inde portio piscium similiter penditur <sup>1)</sup>).

*Decimae parochi eiusdem:* Decima manipularis ex praedio castrensi, quod S. Catharinae dicitur; quae semper extradebatur plebanis. Modernus etiam Jacobus a Rogów eandem per hos omnes annos uti liberam ex omni et utraque crescentia decimavit <sup>2)</sup>). Aliae omnes decimae, iuxta registra antiqua et consuetudinem usu receptam, sunt pecuniariae, hoc modo: Decima in Kobelajata post agros tam emetonaes quam advocatiales, ex quolibet manso per gr. 6. Numerus mansorum incertus, eo quod plures sint deserti et virgultis obsiti <sup>3)</sup>). Decima Kamieniec post mansos advocatiales et emetonum <sup>4)</sup>), per gros. 6 solvitur <sup>5)</sup>). Decima Zbojno post mansos tam advocatiales quam emetonum per grossos 6 solvitur <sup>6)</sup>). Decimae item Żarowo flor. 3 gros, 24; Rogoźno flor. 1 gros. 18 et Kłokocino flor. 3 gros. 6 post araturas, tam advocatiales quam emetonaes, per gros. 6 solvitur. Decima Łączewna, quae villa est nobilium cum praedio, post mansos emetonum per gros. 6 solvitur et ex praedio marca una. Decima ex praediis regalibus Jakuszewo et Nowawieś per flor. 2., ratione quarum D. Capitaneus Przedecensis solvit quotannis plebano flor. 8 et gros. 8. Hae omnes decimae persolvuntur plebano Praedecensi quotannis. Inolevit tamen consuetudo, contra quam graviter conquestus est plebanus, ut quoties contributio regia laudata fuerit, coloni plebano interim nihil conferant. Eam consuetudinem sublatam iri supplicat Rmo plebanus. Summa harum decimarum facit flor. 41 gros. 5., quam-

<sup>1)</sup> Prosić o dowanie pilnie.

<sup>2)</sup> Bierze 15 kop żyta, prócz jarzyny.

<sup>3)</sup> Solvitur flor. 4 gros. 14.

<sup>4)</sup> Obligatio. Missa sabbato quolibet pro peccatis.

<sup>5)</sup> Flor. 3 gros. 26.

<sup>6)</sup> Valor flor. 3 gros. 24.

quam haec summa interdum variat, per diminutionem vel augmentationem mansorum cultorum vel desertorum. Huc pertinet decima ex villa Wierzbie nobilium manipularis, quam, uti ex revisionibus et registris antiquis liquet, decimabant parochi Praedecenses, quae non solvitur. Notandum, post araturas oppidanorum et incolarum villae Rybna decimam pertinere ad ecclesiam Kovaliensem, quo autem iure, ab oppidanis et parochis plane nescitur <sup>1)</sup>. Decima ex Zalesie et Dziwie, villis parochialibus, vicecustodi ecclesiae cathedralis Wladislaviensis pecunia penditur, quo itidem iure ignoratur <sup>2)</sup>.

*Villae parochiales:* Oppidum Przedecz, Łączewna, Dziwie, Kłokocino, Zbojno, Kobelajata, Kamieniec, Zalesie, Żarowo, Rybna, Rogozno, Jakuszewo, Nowa Wieś, praedium castrense S. Catherinae. Haeretici nulli sunt in parochia. Parochiani omnes confessi, qui et compelluntur.

*Capella S. Catherinae.* Ultra stagnum huius oppidi est capella lignea tituli S. Catherinae, quae quondam mater putatur fuisse ecclesiae parochialis Przedecensis et sita est in fundo praediali castrensi. Consecratam negat plebanus. Veteri namque abolita, haec de novo est extructa <sup>3)</sup>. In hac nihilominus aliquoties in anno super portatili consecrato sacrum Missae officium peragitur. Huius capellae signans campana per Dominum Lenczki ad Polanovicensem ecclesiam translata <sup>4)</sup>.

*synakurka*

*Parochus:* Parochus ad ecclesiam residens V-lis Jacobus a Rogow dioecesis Gnesnensis, ad ecclesiam hanc legitime institutus et formatas habens. Vicarium unum habet, actu presbyterum, Bartholomaeum

<sup>1)</sup> Flor. 5.

<sup>2)</sup> Flor. 4 gros. 6 samo Zalesie a Dziwie marc. 3. Item pan Wojciech Zielicki pisarz przedecki fundował 30 marcas in bonis Warczyńskie, census 4 flor. a to Warczyńskie jest posesio przy Przedeczu, to jest dom, rola i ogród na tym gruncie to fundował i od tych 30 mar. samże daje census.

<sup>3)</sup> Gregorius a Przedecz.

<sup>4)</sup> Michaëlem a Przedecz.

Bielavitam<sup>1)</sup>. Formatas idem litteras habet sufficientes et capit a plebano salarii pacti marc. 5. Integram uterque agunt vitam et sobriam, testimonio victricorum. Egestatem et indigentiam accusant. Fuit et alter vicarius Fraternitatis olim pauperum, nullo privilegio stabilitae, qua exstincta, salario itidem exstincto, exstinctus et vicarius. Est item ad ecclesiam magister scholae et cantor et campanator. Rectori scholae pendit annuatim plebanus marc. 4, ipse vero scholae rector ex suo tam cantori quam campanatori stipendium solvit<sup>2)</sup>.

*Officium divinum.* Diebus dominicis et festis matutinum maius per scholares canitur. Tandem matura Missa de S. Maria vel de SS. Trinitate, itidem per scholares<sup>3)</sup>. Summa concludit cum Vesperis maioribus. Singulis autem diebus profestis lecta, sive per plebanum sive per vicarium, de die cum collectis pro exigentia temporis. Scholares adsunt lectis Missis et *Sanctus* cum aliqua cantilena decantant. Loco Vesperarum diebus profestis per scholam canitur quotidie *Salve Regina*, etc. Vicarius invat plebanum in contionibus. Banna praemittuntur et nonnisi confessi peccata copulantur. Extra ecclesiam hoc sacramentum non confertur. Metriculae scribuntur baptisatorum et contrahentium. Catechismus non recitatur, Decalogus canitur. Bogarodzica tantummodo in Adventu. Lustralis aqua prae foribus. Reliqua omnia quae ad munia ecclesiastica spectant, rite et debito modo intra et extra ecclesiam perficiuntur.

*Ornamenta Ecclesiae.* Calices numero 5, quo-

<sup>1)</sup> Michaëlem a Przedecz.

<sup>2)</sup> Jest też dom literacki z ogrodem, do niego roli więcej niż półwłóczek z trzecizny (tj. 3-a część) X. Michał bierze plus minus 4 kopy. Dom z ogrodem w mieście, kłaczkowskim zowią, i ich drugie dwa ogrody zowią w ogrodziskach miejskich do tegoż ołtarza literackiego 15 marcas zapisane u Wojciecha Kielczewskiego, czynszu flor. 5, to też na organistę bierze 7 flor.

<sup>3)</sup> Per litteratos.

rum unus integraliter inauratus et duo in parte <sup>1)</sup>. Monstrancia argentea cum sede aerea deargentata. Altera cuprea. Crux argentea totaliter deaurata. Crux argentea semifracta cum crucifixo argenteo inaurato <sup>2)</sup>. Pacificale argenteum rotundum. Aliud exiguum itidem argenteum. Ampulae 2 argenteae integraliter deauratae. Pixis Venerabilis Sacramenti ex orichalco cum vasculis similibus inauratis. Altera pixis argentea <sup>3)</sup>. Chrismale stanneum. Ampulae stanneae 5. Caldaria aerea tria. Cassula de axamento rubeo cum cruce figuris auro texta. Cassula ex procedella crocei cum albo coloris cum cruce de altembaso figurata. Cassula ex adamasco rubro cum cruce veluti viridis, figuris passionis Dominicae intexta. Cassula adamasci viridis, ante lacerati, cum cruce figurata. Cassula ex medio hatlaso, cum cruce simplici. Cassula alba de adamasco, cum cruce ampla, veteri. Cassula kamchea coloris albi, trita nimis. Cassula nigra ex veluto, lacerata, nullius fere usus. Cassula kamchea rubei coloris, cum cruce auro texta lata. Cassula ex medio hatlaso coloris nigri, cum figuris passionis Domini. Omnes istae cum attinentiis peculiaribus. Cassulae 3 nullius usus ob vetustatem. Sunt aliae cassulae recens comparatae. Cassula alba adamasci cum cruce ex trina aurea cum stola et manipulo tantum, more romano facta. Cassula ex veluto nigro, cum trina argentea, stola et manipulo. Cassula serici simplicis punicei coloris, cum cruce per modum reticulae, ex filis lineis texta, cum stola et manipulo. Cappa ex procedella flava solennis. Cappa viridis kamchea dominicalis. Cappa nulla est nigra. Cappae duae

---

<sup>1)</sup> A jeden kielich, bo ich było 5 obrócono na krzyż, przyłożywszy 60 flor.

<sup>2)</sup> Obrócono go z kielichem na krzyż.

<sup>3)</sup> Sebastian Pych siwy Witrykusz dał 10 flor. na szept. Z kaduków uproszonych od J. M. pana Starosty u Króla, zebrano 70 flor., od których dają organiście czynszu flor. 7.

pro ministrantibus pueris, kamecheae. Dalmaticae ex tela picta' varii coloris. Antependium novum ex adamasco albo, cum trina aurea per D. Capitaneum comparatum. Antependium kamecheum viridis et rubei coloris per columnas. Antependium ex muchaiero viridis et rubei coloris per columnas. Antependium kamecheum rubeum feriale. Antependium novum peristromatis deaurati cum imagine B. M. V. Culcitrae stragulatae duae novae, pro ornanda ecclesia, vel loco baldachini. Culcitrae item duae vetustiores pro ornandis parietibus. Superpellicia duo et pro ministrantibus 6 minora. Mappae 10 solenniores; grossiores ac minores totidem. Sunt duae mappae telae tenuioris, recens comparatae, cum reticulis lineo filo textis, nondum consecratae. Mantilia 14, angustiora telae tenuioris 13. Tobalea 1 pro pulpito sacerdotali ornando. Particulae 2 kamecheae trabeatae pro ornando Ven. Sacramenti in altari posito tentorio. Strophiola longa angusta, albi coloris, duo ex tela sericea simplici, quibus velatur monstrantia. Velum ex hatlaso rubeo tapheta ornato, pro velanda imagine Misericordiae. Aliud pro eadem imagine muchaieri nigri. Strophiola altaris, alias szerzynki: 1. Linea, altaris maioris, filo aureo et sericeo rubeo acu picta, cum nomine **JESUS**. 2. Persimilis eidem et paulo minor. 3. Filo nigro sericeo picta. Alia strophiola 4, instar velorum pro calice. Velum pro calice hatlasi rubei trina aurea per circuitum decoratum. Velum serici simplicis nigrum; aliud viride. Vela plura, sed solius parochi propria. Corporalia tria cum custodiis. Bursa una ex veluto. Scatula pro corporalibus nova. Pannus pro gradibus altaris triplex. Tectorium seu coperta ex saya nigra, pro feretro, cum cruce rubea. Vexillorum 4 paria. Candelabra altaris maioris cuprea duo, stannea 2. Lagena stannea pro vino. Thurribulum cupreum indecorum. Cista depositi 1, ferro munita; aliae duae minores. Campanae in campanili 3, quarum una fracta. Signans 1, manuales 6.

Seracula pensila 5. Capsula ad deferendum V. Sacramentum speciosa <sup>1)</sup>).

*Bibliotheca:* Missalia duo Romana et tertium parvum Romanum vetus. Missale Gnesnense in folio. Graduale. Antiphonarium pargamineum pruthenicum. Praliterium novum Romanum. Agenda nova provincialis, tres antiquae. Item pars prior Agendae Wladislaviensis. Lombardica de Sanctis. Quatuor volumina Feri. Thesaurus de Sanctis. Textus Sententiarum cum conclusionibus. Duo volumina Originis. Concordantiae maiores Bibliorum novae. Epistolae B. Hieronymi in folio. Liber Nicephori Callisti Historiarum. Plinii opera. Omnes isti in maiori volumine. Canones et decreta concilii Tridentini. Constitutiones Synodi Wladislaviensis sub R-mo Stanislao Karnkowski Episcopo Wladislaviensi. Constitutiones Synodi Wladislaviensis sub Ill-mo R-mo D-no Hieronymo a Rozdrzow Episcopo Wladislaviensi. Postillae maioris Jacobi Wujecii partes duae. Item Breviarii Romani partes duae. Item Breviarium Romanum. Item partessy officialne 5 vocum. Item partes scriptae mutetarum 6 vocum. Item partes 5 prelo excussae et bene compactae.

*Murykalia*

*Hospitale Praedecense.* Xenodochium e regione domus plebanalis in fundo ecclesiae locatum. Est item altera domus cum horto spaciioso, oleribus et avena consito, ante paucos annos ab oppidano Petro Kosmider eidem hospitali legata, et actis civilibus Praedecensibus consularibus inserta seu roborata. Census provenit ex hac domo hospitali. Horto vero usufruitur idem hospitale. Est item census trium fertorum a summa 18 flor. actis consularibus inscripta <sup>2)</sup>). Pauperes numero 7, unus mas, reliquae foeminae. Habent vaccam unam et porcos 2, eidem hospitali dona-

<sup>1)</sup> Capella regia in arce, cuius nullum vestigium apparet, fundationem habet, quae videnda apud parochum Raciażensem. Obligatio bis in hebdomada, pro peccatis et pro defunctis, daje 5 marek księży przedeckim.

<sup>2)</sup> U Symona Zelki to pieniądze; daje na potrzeby szpitalne.

tos. Penu unum habent et mensam singulis diebus communem. Sustentantur maxime horto praedicto et stipe et collectis. Horum curatores ecclesiae victrici. Superintendens autem omnium ipsemet parochus. Cum cophino ter in septimana obambulat. Leges a R-mo feliciter moderno hospitalibus praescriptae, etiam huic perleguntur, proinde ex praescripto vivunt. Confitentur et communicant <sup>1)</sup>.

Fraternitates nullae sunt omnino.

*Victrici.* Oppidani duo et tertius villanus. Rationes ab eis exigit D. Plebanus, praesente proconsule cum consularibus. Vinum, thus, cera, ecclesiae fabrica et alia multa, eisdem curae sunt. In paratis vix unam habent marcā. Censum percipiunt a D-no Plebano, ratione mansi unius pro ecclesia legati, marcas duas quotannis, quas pro usibus ecclesiae exponunt.

#### Korzecznik.

Pagus D-ni Andreae Lubieniecki. Parochialis haec pauperrima, unam tantum hanc parochialem villam habens, ex qua decima ad mensam episcopalem ex antiquo spectat, iuxta taxam antiquam, ex quolibet manso grossi 9. Plerique dubitant, ad quam potissime dioecesim pertineat, quippe sita est haec ecclesia in confinibus dioecesis Wladislaviensis et Gnesnensis. Sed ex actis Consistorii Wladislaviensis constat, eam ad dioecesim Wladislaviensem spectare. Nam anno D-ni 1539 plebanus eius loci ad residentiam obligationem fecit et decima ex praedicta villa mensam episcopalem Wladislaviensem concernit. Porro ad visitandam hanc ecclesiam per D. Andreā Lubieniecki haeredem, Visitator admissus non est. Asseruit, neminem episcoporum quicquam iuris ad eam ipsam habere, praeter semetipsum haeredem, idque iuxta vim Bullae Apostolicae, quam revera nemo vidit vel legit unquam. Ad praesens Commendarius Nicolaus qui-

na pogramian  
szkolongi

Pabron

<sup>2)</sup> Litanie.

dam, monasterii Klodawiensis professus. Apostatam dixeris. Aiebat hic per praepositum Klodawiensem se huc datum seu commodatum. Praesente eo monacho, uti testatus est generosus D. Jaroslaus Sokolowski, adfuit et praepositus Klodawiensis, qui in praedicta ecclesia et concionabatur et baptisabat; hic autem Nicolaus, eo praesente, Missam celebrabat; quin et asserebat se ei ad semestre illic commorandi facultatem dedisse. Sed constat etiam ad hoc usque tempus illi datam ab eodem illic celebrandi et agendi facultatem, quippe saepius idem praepositus visitat D-nm Lubieniecki et cum eodem familiarius et hilarius vivit; nec per hoc triennium monachum suum revocat. Huius procul dubio consiliis effectum est, ne visitatori Wladislaviensi ecclesia haec pateret vel aperiretur.

#### Modzerowo.

Villa D-ni Jaroslai Sokolowski. Jurispatronatus eiusdem. Ecclesia tituli Assumptionis B. M. V. parochialis. Consecrata per Ill. ac Rev. D. D. Hieronymum Rozdrażowski Ep. Wladislaviensem tertia Dominica Adventus anno D-ni 1595, asperrima tunc grassante hieme. Tabula Dedicacionis factae iuxta altare maius posita cum inscriptione tali:

Na herb Jaśnie Wielmożnego Pana y Najwielebniejszego w Christusie Oyca Jego Mości X. Hieronima Rozdrażowskiego Grabie z Rozdrażowa, łaską Bożą Biskupa Kujawskiego, Anno D-ni 1595.

Ogrodna z Wiosny Roza się rozkwitła  
Rozdrażewskiego roza znamienita,  
Quitnącz y czasu zijmy nie przestawa,  
Wdzięczną urzędu swego wonnosez dawa.  
Dla nabożenstwa dom ubudowany,  
Przezeń widziemy Bogu poświęcany,  
To co Biskupiey służy powinności  
Wykonywając z gorącey możności,  
Niechże ta Roza kwitnąć nieprzestawa,  
Sam P. Bóg niech iey rozkrzewienie dawa.



Haec villa antiquitus parochialis fuit, ad ecclesiam Izbiciensem spectans. Sed quia distantia nimia loci populum a visitanda sua parochiali remorabatur, tandem per indultum et assensum R-mi Domini feliciter moderni, templum in villa haereditaria exaedificare et erigere D-no Jarosłao Sokolowski concessum est; prout aedificavit, erexit et ornavit. Erectio habetur actis castrensibus Praedecensibus ingrossata, cuius et authenticum in curia D-ni Sokolowski asservatur. Indulgentiam habet peculiarem haec ecclesia a Sede Apostolica concessam, ad quinquennium tantum, quae iam expirat. Templum ligneum, noviter exstructum, cum campanili et septis coemiteri. Omnia sarta tecta. Ciborium et baptisterium nitide et decenter curatur, sub clausura. Liquores sacri ex Izbica. Altaria duo. Portatile tantum unum, idque integrum. Ossorium novum est positum.

*Villae parochiales.* Modzerowo et Stypino; haereditariae fundatoris.

*Dos Ecclesiae.* Dotis habet mansos duos agri in omnibus tribus campis. Mansus quilibet continens sulcos 12, cum pratis annexis. Piscatio in lacu Modzeroviensi reti manuali, alias zabrodnią, tum et sectio arborum et lignorum pro usu et foeco eo loci quo etiam cmetonibus est communis, plebano Modzeroviensi est aeviterne, iuxta tenorem erectionis, concessa.

Decimas habet manipulares post villas easdem Modzerowo et Stypino, quae quondam ad ecclesiam Izbicensem pertinebant. Iam vero per officium R-mi in ius plebano Izbicensi vocato et non comparente, Officium has decimas ecclesiae Modzeroviensi adiudicavit, cum approbatione R-mi Lociordinarii, uti erectio docet. Domus plebanalis ex opposito templi angustissima et incommoda, cum horto 12 sulcorum unius stadii. Schola nondum constructa: magister scholae domum curialem inhabitat.

*Parochus.* Ecclesia absque parocho. Domino fundatore dotem omnem ecclesiasticam sibi vendicante Administratur autem per Commendarium V. Petrum de Pabianice dioecesis Gnesnensis, virum bonum,

pium et plane senio confectum, qui certo et pacto salario per D. Sokołowski conducitur annuatim. Magister scholae cum cantore salarium itidem a Domino fundatore percipit. Commendam non habet, quamquam eam a R-do D-no Officiali per D. Sokołowski flagitavit, porro ob aetatem decerpitam ipsemet accedere Rev. D. Officiale neutique potest. Formatas non habet, quas cum ageret Commendarium in Grabie sub plebano Gorski incendio consumptas asserit, tunc, quando et tota villa incendio est perpressa. Brevariium Romanum et Rubricellam Wladislaviensem habet. Cultum divinum debito modo ac ordine exsequitur. Hostias, ut saepius renovet, mandatum accepit. Apparamenta consecrata. Corporalia munda cum custodiis. Lumen infra divina semper. Cum casibus gravioribus ad forum remittit. Bannas praemittit. Metrica scribitur. Catechismus per scholares recitatur. Decalogus et Bogarodzica canuntur. Tonsuram non gerit, at pollicitus. Confitetur in Izbica coram Commendario saepius. Extremae unctionis nullus in hac parochia usus. Lustralis aqua prae foribus.

*Supellex Ecclesiae.* Calix 1 argenteus, in parte deauratus, cum patena florenis triginta compatus. Alter stanneus. Crux orichalcea. Agnus Dei. Quantitativum pro solennitate cum eleganti basi lignea. Monstrantia cuprea florenis 10 comparata. Arca Sacramenti Venerabilis stannea, cum velo serici simplicis. Christum stanneum. Corporalia 4, cum custodiis. Cassula de adamaseo coelestini coloris cum manipulo et stola, cruce ex trina aurea exornata. Cassula ex serico simplici papuzanii, cum trina, manipulo et stola. Cassula ex muchaiero rubeo, cum stola et manipulo. Cassula de grubirino nigri coloris, cum trina aurea, stola et manipulo. Hae cassulae omnes unam tantum albam habent. Cappa de hatlasso nigri coloris vetus, sarta tamen. Antependium de grubirino rubeo, cui pro solennitate superponitur aliud antependium ex reticula linea, filo lineo textum. Antependium de grubirino coloris violacei, alias brónatny. Pellae 8. Mantilia 4, et alia minora duo pro ceroferrariis et cereo

paschali, sericeo filo picta. Tobalaea 1. instar map-pae, pro solennitate, filo sericeo nigro acu depicta; altera tobalaea texta filo lineo, pro ambona. Telae tenuioris mantilia 7, alias rabecki, quibus interdum monstrantia ornatur. Papilio super monstrantiam ex tela tenuiore. Strophiola altaris alias szerzinki: 1 florisata auro texta; tres acu sericeo pictae et duae filo lineo contextae. Tapheta pro ornanda monstrantia, trabeata. Vela pro calicibus duo, ex serico simplici unum et alterum ex flavo. Superpellicium 1; minora pro pueris 2, et cappae 2. Velum quadragesimale nondum habetur. Candelabra stannea 2. Ceroferaria ante altare 4. Ampulae stanneae 2. Lagenae stannea pro vino. Thurribulum cupreum; pannus rubeus pro velandis gradibus altaris. Ferrum pro pinsendis hostiis aliunde mutuatur. Campanae 3 in campanili; signans 1, manuales campanulae 4. Seracula 4. Caldaria 3. Niger pannus pro minoris altaris gradibus, Serinium 1 in sacrario. Agenda Vilmensis novae reformationis. Missalae romanum. Graduale non est, sed iam Callisii scribitur. Antiphonarius et Psalterium non est. Psalmi tamen ex Breviario Wladislaviensi canuntur. Graduale etiam Magister aliunde mutat pro tempore. Postilla polonica minor Jacobi Wuieci. Catechismus Ledesmi polonicus. Dominus fundi ipsemet curam gerit ecclesiae, nec victricum ullum alium habet. Thus, ceram vinum et ecclesiae necessaria et ornamenta idem comparat et providet <sup>1)</sup>).

#### Chalino.

Villa nobilium; ecclesia antiqua, murata ex scisso ac dolato lapide, a Petro Dunin comite a Skrin constructa. Tituli S. Mariae Magdalenae. Anniversarius Dedicacionis dominica prima post Michaëlis. Altaria 3 ex lapide quadrato dolato posito. Omnia haec habent supermuros lapides, unde creduntur es-

<sup>1)</sup> Przybyli dwa ornaty: adamaszkowy biały y drugi biały duple kitajczani.

se consecrata. Templi parietes superficie tenus aliquot in locis periculose ruunt. Testudines duae in postico templi structae, quarum altera ad sinistram corrui. Per D-num Stanislaum Chalinski praemortuum, templum hoc lignea tegula contextum, tabulato etiam chorus uterque compactus recens. Intus ornatur et depingitur cura Commendarii. Sacrarium non est, in serinio simplici asservatur omnis ornatus ecclesiae, ibidem intra ecclesiam. Ciborii et baptisterii clausura debita et decens curatio. Coemiterium septum. Campanae ex trabibus ad parietem dependunt. Ossorium tectum tegulis. Processio in hac ecclesia observatur cum Ven. Eucharistiae Sacramento pro die S. Mariae Magdalenae/patronae, ex indulto cuiusdam Cardinalis quatuor Coronatorum, de data Romae apud S. Petrum kalendis martii, Pontificatus Dni Pauli papae III anno duodecimo. Concursus tunc populi ex remotioribus villis et oppidis Izbica, Braestia, Radzieiow, etc. fit maximus.

*Procedere et alij  
Saks.*

*Notandum.* Circa hanc ecclesiam moniales quondam Ordinis Praemonstratensium manebant, a praedicto Petro Dunin, de familia Cygnorum, fundatae, sed successu temporis propter uberius solum (ut Chronica testantur) ad oppidum Strzelno translatae sunt a. Dni 1124. Monasterii ruinae ex opposito templi conspiciuntur <sup>1)</sup>.

*Dos Ecclesiae:* Pro dote habuit multos agros. Item prata, hortos, stagnum, et alia multa, quibus hactenus omnibus haeredes villae Chalino abusi sunt, et abutuntur. Quin et curia in fundo sanctuarii exaedificata est, ut omnium vox est. Dnus Stanslaus Chaliński thesaurarius Braestensis praemortuus aiebat, se omnia emisse patrem suum a quodam Petro Wolski plebano, qui tametsi presbyter erat, clericalem tamen habitum et tonsuram non gerebat, in patrioque suo solo manens, uti alter laicus, ante annos ferme 15 mortuus est. Ex eo tempore ab annis multis

<sup>1)</sup> Cf. Encyklopedia kościelna ks. Nowodworskiego, t. XVI, 383.

stat plebano destituta, quin et per annos multos prorsus desolata mansit.

*Decimae infrascriptae* huc pertinent: Chalino, Koziaty, Kamieniec alternatim, Czemanino praedialis, Wola Jurkowa praedialis, Wola Zagajkowa praedialis, Głuszyno, Głuszynko praedialis, Świętosławice, Grochowiska, Lędwiczyny alternata, Miłochowo alternata, Czarnoczyce, Czołowo minor. Hae omnes manipulares decimae non persolvuntur. Sed et praedium plebanale cum lacu et silvis eiusdem ecclesiae, ampla omnia, per curiam possidentur. Ad praesens decimae per Dnum Chalinski solvuntur hoc modo: Ex villa Chalino post araturas emetonum trium (tot namque in Chalino sunt) manipularis decima Commendario extraditur. Ex praedio vero nihil datur, praeter pensionem arbitrariam. Item ex villa Kamieniec per eundem Dnum Chaliński itidem post agros emetonum 9, manipularis Commendario confertur, omnis crescentiae tam hiemalis, quam aestivalis. Ex praedio autem ibidem nihil penditur. Has decimas loco stipendii percipit Commendarius Chalinensis, nec aliam pensionem ullam habet, nec alias decimas, praeter petitam et accidentia cum magistro scholae communia, Hae decimae cum petita hoc anno taxatae ad flor. 70, sed non semper haec taxa valitura.

*Commendarius.* Commendarius Ecclesiae Ven. Joannes Sempelboriensis dioecesis Gnesnensis, actu presbyter, commendam habens et formatas. Ab uno anno in Chalino residens, valetudine affecta. Fertur, ab officio Gnesnensi excommunicatus, occasione vulnerati cuiusdam villae factoris, huc in has oras commigrasse, quod et ipsemet alicubi recognovit. Testimonium bene actae vitae habet, diligentiamque in curanda et ornanda ecclesia praestat, nisi quod interdum inebriatur, unde et morbum fortasse et pallorem contraxit. Victum ipse sibi procurat, qui nec ex curia ipsi denegatur, quin et saepius prandium tam ipsi quam magistro scholae offertur. Retro templum est area plebanalis antiquae domus per conflagrationem nuda, iam vero trabes et ligna parantur a Dna

Chalinska, pro domo plebanali eodem ipso loco construenda. Commendarius in casa humillima habitat, ad fundum ecclesiae spectante. Magister scholae dicitur non in fundo ecclesiae habitare, sed quis novit? quippe maior pars villae ad ecclesiam olim pertinebat. Hortus ad aream plebanalem situs, unius fere stadii, quem hortum Commendarius modernus oleribus et siligine consevit. Rectori scholae Commendarius pendit annuatim flor. 5 cum dimidio, cantorem magister ipsemet fovet.

*Pratto uno rubro* *Cultus divinus.* Concio, et Missa diebus dominicis et festis cantata. Interdum Matutinum cum Vesperis. Lecta 4 et 6 feria. Hostiae mature renovantur. Metricae scribuntur. Casus reservati relinquuntur cathedrali ecclesiae. Catechismus recitatur diebus dominicis ante Evangelium, infra Missam. Decalogus, absoluta concione, ut occinatur, est iniunctum. Bogarodzica per pauperes canitur. Littaniae feria 6 infra lectam de nomine **JESU**, die vero sabbati de B. M. V. a scholaribus cantu figurali canuntur. Altare maius habet imagines sculptas; renovationis indigent. Floribus et herbis ornatur. Sacramenta administrat gratis et infirmis inservit libenter.

*Supellex Ecclesiae:* Calices 3 argentei, quorum unus ex toto inauratus. Retulerunt victrici, quod sub plebano Wolski, concubina ipsius, calicem ex ecclesia arreptum apud colonum villae vicinae oppignoraverat in flor. 7, quem idem colonus in ecclesia Izbicensi, tamquam loco securiore deposuit, asservandum. Admonet idem victricos Chalinenses, ut hunc calicem, persoluta sibi pecunia, eximant. Crux parva argentea cum pede stanneo. Pacificale nullum est. Est tamen tabula insignis cum Reliquiis multis circa margines apposis, antiquitatem prae se ferens. Monstrancia ex orichalco, cum simili Melchisedech. Arca sacramentalis cuprea cum vasculis intactis. Chrimale stanneum. Cassula ex medio hatlaso albo cum cruce ex trina aurea simplici, cum pertinentiis. Cassula axamentu wzorzystego coloris viridis cum cruce lata auro texta figuris, sine attinentiis omnibus, quae

ante annos 10, ut ex inventario patet, fuerunt. Cassula nigra ex czabeloto undulato, cum cruce ex veluto rubeo, aureis filis florisata, absque pertinentiis. Cassula ex adamasco rubeo cum cruce ampla figuris auro texta, cum omnibus attinentiis. Cassula kamchea coloris rubei cum cruce lata figuris compacta, sola, sine omnibus attinentiis. Cassula ex derdajey simplex cum alba. Cassula ex muchaiero coelestini coloris cum cruce rubea eiusdemque materiae, absque pertinentiis. Cassula grisei coloris vetus cum cruce figuris contexta, sine attinentiis. Omnes istae cassulae duas tantum stolas habent et duos manipulos et humeralia 2, albas 4. Cappa solennis ex hatlaso coloris rubei cum flavo. Cappa ex adamasco veteri florisata, dominicalis. Antependia 2, ex tela depicta. Antependia ex czabeloto nigro cum trina simplici argentea. Antependium ex serico simplici rubeum cum trina argentea. Antependium violaceum ex grubrino. Pellae tres, filo lineo in marginibus florisatae, tenuiores. Mappae reliquae grossiores 10, mantilia 5, minora ad cerofera 2. Tobaleae cum reticula lineae 3. Strophiola altaris 2, alterum filo sericeo aculeo depictum cum circulo radiato et nomine **JESUS**, alterum simplex. Tectoria duo similia ex serico simplici viridi et rubeo, pro ornando sepulchro paraseves. Vela calicum duo ex hatlaso rubeo et sericeum album. Tentorium pro solennitate, quo velatur altare maius, ex serico duplici coelestini coloris, cum trina sericea. Corporalia 4, custodiae 2. Candelabrum 1 stanneum, lignea reliqua. Vexilla 4 integra; reliqua vetera. Velum quadragesimale, cooperta pro monstrancia telae trabeatae. Ampulae 2; thurribulum aeneum; caldaria 2. Tapes pro gradibus altaris. Ferrum pro hostiis. Campanae 2, signans 1; manuales campanulae duae. Seracula 3, scrinium 1. Missale Romanum 1, aliud Cracoviense vetus. Agenda nova provincialis reformata; altera vetus lacera. Gradualia olim duo fuerunt, sed unà cum schola igni absumpta. Antiphonarium etiam et Psalterium non sunt.

*Callawe*

Rector scholae consulit viciniore ecclesias, sed

quam inepte. Unde saepissimae unam tantum Missam de Ss. Trinitate decantat, sacerdote interim proprium officium ad altare prosequente. Praeterea nulli sunt alii libri. Fraternitas nulla est villanorum, nec hospitale. Aeditui duo, alter de Chalino, alter de Kamieniec; pecuniam collectam in gazophilacio deponunt. Vinum, thus, ceram et reliqua inde procurant. Hoc gazophilacium clave curiali clauditur, unde et ecclesia reparatur. Vinum curia suppeditat; reliqua victrici.

### Swierczyno.

Villa nobilium. Ecclesia tituli S. Matthaei Apostoli et Evangelistae. Jurispatronatus, ut asserebant victrici, penes solos Dominos Goślickie et Dnum Kobielicki, haeredes in Swierczyno. Erectionis litterae non inveniuntur. Anniversarius Dedicationis Dnica 1-a post Matthaei. Indulgentiarum monumenta nulla sunt. Templum ligneum, tegula lignea tectum, uti et campanile, templo contiguum. Chorus minor lateri stratus, utriusque autem parietes coloribus depicti ab intus. Tabulae altaris maioris renovatae, quin et totum templum ad munditiem reformatum, opera V. P. Goślicki Societatis Jesu. Coemiterium septum; ossorium patens. Ciborium curatur negligentius. Arca orichalcea pro V. Sacramento exigua. Sacramentum Eucharistiae sacculis duobus ex albo adamasco inclusum asservatur. Mandatum Commendario ut sacculos lineos comparet et consecrandios curet, hos vero comburat. Chrisma dicit se recepisse ex Chalino. Aqua baptisterii munda, cum clausura. Altaria tria, maius portatile habet integrum, alterum in ciborio, alia portatilia duo integra, nondum consecrata, in sacristia reposita.

*Dos Ecclesiae:* Agri plebanalis mansi duo, cum pratis annexis in omnibus tribus campis, inter agros emetonum siti, singuli mansi sulcorum 8. Arendatur mansus 1 colono Joanni Grojezyk, villae Swier-



czynno, alter vero Alexio Żywiół, colono de villa Howo. Census seu arendae solvit uterque annuatim marcas 10, quas ministris ecclesiae pendunt, scilicet Commendario marc. 8 et scholae rectori marcas 2 <sup>1)</sup>. Decimas habet infrascriptas: ex praediis Swierczyno manipularis, non extraditur. Post agros vero emetonales decima ad Klotno spectat, quae a Dominis fundi decimatur, nec solvitur. Item decima Paniewo maior et minor, non solvitur, nobilem. Item decima Bodzanowo, nobilem. Item Golanki et Słomkow, nobilem. Omnes istae non solvuntur.

*Villae Parochiales:* Swierczyno, Swierczynko, Golanki, Howo, Paniewo maior et minor, Bodzanowo et molendinum Zochell. Haeretici in hac parochia Jacobus Ruszinowski, Stanislaus Ostrowski et Miłocki arendarius in Swierczyno. Caeteri omnes parochiani catholici et confessi.

*Parochus:* Ecclesia haec ab annis 30 et ultra absque parochio per Commendarios semper regitur. Domus plebanalis ex opposito templi, nuper exstructa, sola absque saepimento, et caulis, inter emetonum domos sita, cum horto stadii unius, aequipollet sanetuario latitudine. Item ex utraque regione templi areae plebanales <sup>2)</sup>. Area septentrionem versus, deserta, ubi fuit olim schola. E regione altera domus vicarii cum hortulo, in qua magister. Commendarius ecclesiae Ven. Adactus Lassocius Skwierniewita <sup>3)</sup>, dioecesis Gnesnensis, absque commenda, a feriis S. Petri ad ecclesiam residens. Formatas habet sufficientes. Concubinam tenet notoriam, quam et in Zgłowiątka anno superiore tenuit, secum ex Gnesna adductam. In colloquio hic pene mutus, idiota, sordidus domi, contemptus. Praeter censum marcarum 8, ex agris plebanalibus insuper a Dno Goślicki, seu ipsius arendatore, capit flor. 10. Rector scholae uxoratus, 2 marcas ex cen-

<sup>1)</sup> Na folwarku plebańskim plus minus 20 kop. się rodzi.

<sup>2)</sup> Były, ale za jeden plac pusty Ich Mości panowie Gośliccy dali inszy plac z domkiem.

<sup>3)</sup> Petrus a Swierczyno, habet commendam.

su sanctuarii, et a Dno Goslicki flor. 1 percipit. Habet idem cantorem, absque scholaribus, petitam habent.

*Cultus divinus:* Diebus dominicis et festis cantata Missa cum concione, lecta tantum feria 6. Causam adfert Commendarius, quod vinum ipse sibi procurare cogitur, ratione tamen cuius gr. 1 singulis diebus dominicis capit a victricis. Hostiae ut renoventur saepius, mandatum est. Metriculae nunquam fuerunt scriptae, iam tandem hic Commendarius est scribere aggressus. Decalogus canitur, de catechismo nescitur. Vicinioribus sacerdotibus asserit se confiteri solere. Lustralis aqua prae foribus. Lumen intra divina ante Ciborium.

*Ornamenta et vasa Ecclesiae.* Calices 2 argentei, quorum unus deauratus cum patena <sup>1)</sup>. Crux argentea cum Reliquiis. Pacificale argenteum in forma crucis pulvino assutum. Monstrancia orichalcea cum Melchisedech inaurato. Thurribulum cupreum. Ampullae stanneae 6, caldaria 2, arca sacramenti orichalcea. Chrismale stanneum. Candelabra stannea duo et quatuor lignea deaurata. Ornat bronatny axaminny, wzorzysty, cum ampla cruce figuris auro texta, sine apparatu praeter albam. Cassula ex medio hatlaso cum cruce serici viridis figuris passionis Dominicae intexta, cum stola et manipulo tantum. Cassula kamchea, filis aureis florisata, cum cruce per figuras lata, sine attinentiis. Cassula ex adamasco cum cruce figurata eleganti, auro texta, cum attinentiis. Cassula nigra ex harasso, cum cruce viridi serici simplicis, absque attinentiis. Cassula subnigri coloris de czabeloto undulato cum cruce ampla de medio hatlaso croceo, cum stola sit manipulo. Cassula kamchea cum cruce valde lata aureis filis texta, absque attinentiis. Cassula vilis de hatlaso viridi cum cruce rubea eiusdem materiae. Albae praeterea tres, his deservientes, et duae stolae cum manipulo ex veluto rubeo. Cingulus

<sup>1)</sup> Od pana Goślickiego jeden.

tantum unus, omnibus cassulis deserviens. Cappa una solennis ex veluto villosa <sup>1)</sup> trabeato, rubei coloris cum marginibus ex proceedella, eadem et ferialis, quippe praeter hanc nulla alia est; mandatum victricis ut nigram comparent <sup>2)</sup>. Cappae duae kamcheae, pro ministrantibus. Antependium serici duplicis coelestini coloris, novum, cum subducto lineo. Antependium ex kamcha et veluto rubeo et adamaseo violaceo per columnas. Antependium ex adamaseo et kamcha grisea. Antependium ex derdądey, cum trina ex filis facta <sup>3)</sup>. Pallae 19; manuteria 9, szerzynki 4, ex tela tenui omnes, alias rąbkowe, omnes serico vel filis pictae, quarum una crucem habet auro textam. Tria vela nova elegantissima: 1. ex tapheta alba serico rubeo florisata; 2 et 3 itidem ex tapheta alba serico rubeo intexta. Corporalia 2, custodiae totidem novae — Notandum: Dnum Gabrielem Goślicki, nuper pro hac ecclesia comparasse duo portatilia altaria, pallas duas et tria vela elegantissima pro calicibus velandis. Tobalea per modum rete filo picta. Superpellicia 2, et alia 2 minora pro pueris. Vexilla 6. Campanae 3 in campanili, signans 1, manuales 5. Rąbeczki 2. Cereus paschalis, ceroferaria 9. Ferrum pro pinsendis hostiis. Serae pensiles 4. Serinia 3 maiora et tertium minus, omnia ferro munita.

*Libri:* Missale Romanum 1 et Gnesnense maius. Agenda nova provincialis reformata. Graduale et Psalterium, attrita. Antiphonarii vix reliquiae <sup>4)</sup>.

*Victrici:* Victrici 4: ex Świerczyno 2, ex Świerczynko 1 et ex Howo 1; claves depositae penes eosdem. Aerarium penes victricum villae Świerczynko, qui sibi ius omne vendicat et claves secum asportat: un-

<sup>1)</sup> Pomaranczowa od pana Goslickiego.

<sup>2)</sup> Cappa ezarna muchaierowa.

<sup>3)</sup> Od J. M. Pana Gabriela Goślickiego ornat ezarny axamintny, kolumna hatlasowa ze złotem, ezerwony adamaskowy. columna złotogłowowa. Dzwon dał ulać.

<sup>4)</sup> Jego Mość Pan Gośliki Gabriel kupił Graduał, Antiphonarz i psalterz.

de nec adfuit inter visitandum. Nec calculum reddunt, nec regestra scribuntur, susque deque miscentur omnia. Commendario mandatum est, ut id negotii dominis parochianis commendet, quo et calculum coram ipsis de perceptis faciant et regestra deinceps conscribant et inventarium ecclesiae de novo factum asservent diligenter et fideliter. Claves etiam ecclesiasticae et depositi, extra villam Swierczyno ne efferantur, ob multa pericula, quae oboriri possent. Fraternitas olim fuit, at iam exstincta.

### Dąbie.

Villa nobilium. Ecclesia tituli Omnium Sanctorum. Anniversarius consecrationis dominica 1-a post Michaelis. Iurispatronatus penes Dnum Adamum Dąbski et Dnum Andream Dąbski, vigore alternatae, uti retulerunt victrici. Templum ligneum ruinosum, angustissimum, sordidum, coemiterium disiectum. Ossorium absque tecto; templi tabulatum superius reficiendum. Contectum templum tegulis ligpeis recens, per Dnum Andream Dąbski Notarium Braestensem. Indulgentiae scriptae nullae sunt, sed nec usuales. Altare tantum unum, cum portatili integro. Tabulae altaris eiusdem denigratae vetustate, cuius et una e latera tabula decidit. Clausura templi et sacrarii debilis. In ciborio pulvis plurimus repertus, quippe nidificabant anno superiore columbae super ciborium. In aqua baptisterii immunda muscae magnae supernatantes.

*Sanctuarium Ecclesiae.* Mansi in hac villa non numerantur, sed sunt portiones tantum certae agrorum, tam emetonalium quam parochialium. Parochus Sanctuarii habet portiones agrorum certas in omnibus tribus campis, hoc modo qui sequitur. In primo campo versus Muchowo sunt 5 portiones agrorum parochialium, distinctis seu diversis in locis, cum pratis oppositis. Portio prima est 9 stadiorum, sulcorum 24; secunda trium stadiorum, sulcorum 18; tertia quatuor stadiorum, sulcorum 8, cum pratis aliquot; quarta vo-

catur *additamentum* na klinie, unius stadii, sulcorum 16; quinta ante villam, stadii unius et Ostrowek ex opposito eiusdem, cum prato sulcorum 12. *Notandum:* ante annos decem praesentatus fuit ad hanc ecclesiam quidam Sebastianus Samokleski, qui quidem ex his agris ab haeredibus conseminatis collegerat hie-malis crescentiae cassulas 50, hordei cassulas 24 et tritici cassulas 4. In secundo campo versus Wola, tres portiones agri plebanalis: prima portio stadiorum duorum, sulcorum 15, cum pratis annexis; secunda portio sulcorum 24, stadiorum trium et Ostrowek medii stadii; tertia portio sulcorum 12, stadiorum 5. In tertio campo, versus Stok, tres portiones seu plosy: prima portio habet tria stadia, sulcorum 16; secunda portio u Bożejmeķi, stadiorum 2, sulcorum 9; tertia portio, ultra plebaniam, stadiorum 4, sulcorum 16, cum pratis. In eodem campo versus villam Stok, in praedio communi fundi Dominorum haeredum, est etiam portio agri plebanalis stadiorum 4, sulcorum 24, una cum pratis, quae ubique sunt agris plebanalibus annexa. Erat etiam nemus seu borea plebanalis, quae vocabatur klin plebański, in fundo Dąbie, qui quidem per Dominos fundi excisus est penitus. Porro omnes hos agros plebanales et hortos et prata et nemus praedictum, aequa portione inter se hi duo Domini collatores et haeredes distraxerunt, quamquam Dnus Notarius paratus est plebanum praesentare et hoc intendit.

*Parochus:* Ab annis 30 vacat ecclesia, absque parochia et ultra. Domus et areae plebanales e regione templi versus meridiem, incipiendo a via quae ex Swierzyno venit, extunduntur usque ad hortos praediales Dni Andreae Dąbski. Domus plebanalis iuxta viam praefatam sustentatur utcumque et habet hortum adiacentem, unius stadii, sulcorum 30, sed non circumspectus. Alter campus in campo ulteriori duobus a villa distans iugeribus, sulcorum 8, cum prato duorum curruum faeni annexo, et piscina iam coeno obducta. Item iuxta domum plebanalem schola, partem horti habens. Regitur haec ecclesia per

Commendarium, interdum vacat, uti et hoc anno superiore vacabat. Porro a festo S. Petri accessit ad ecclesiam quidam Mathias Msczonovita diocesis Gnesnensis, ab annis 10 presbyter factus. Commendam hic habet et formatas litteras. Salarii percipit a Dno Andrea Dański flor. 6 et a Dno Adamo Dański 5 annuatim. Dant praeterea hi duo per unum stadium hordei et Dnus Adamus stadium siliginis donavit. Ludirector cum cantore et tribus scholaribus. Hic percipit a Dominis fundi marcas duas, petita utrique et accidentia communia. Commendarius rem familiarem non curat, met-tertius domum inhabitans.

*Villae parochiales:* Dańbie, Redecz krukowy, Wola konkowa, Stok. Haeretici nulli sunt, praeter Dominam Dańską, Dni Adami uxorem. Pro paschate confessi omnes parochiani, quod quidem villani sacerdotes ex petronalibus (*a rusticis*) perceptis vulgo colligunt.

*Cultus divinus:* Hic pro more villarum servatur. Bannae praemittuntur, quin et poenitentiae ac S. Communionis sacramentum ante matrimonium contractum. Metriculae non scribuntur, sed pollicitus est officium Commendarius. Eidem mandatum de indulgentia Gregoriana. Decalogus et Bogarodzica pro tempore cantuntur. Confiteri se dicit viciniore sacerdoti, bis in mense. Lustralis aqua prae foribus templi et lumen infra divina habetur.

*Victrici.* Victrici duo ad ecclesiam: alter de Dańbie Joannes Dziesiątak et de Stok Joseph Rożek, qui et supradicta attestati sunt fide bona. Claves depositi penes victricum in Dańbie. Scribuntur indices accepti et expensi. Singulis fere mensibus reddunt rationem Dno Notario Dański. Pecunia nihilominus deponitur penes aedituum, qui ecclesiae necessaria omnia inde providet. In paratis habent florenos 8. Fraternalitas sepulta, si quae olim fuit.

*Supellex Ecclesiae:* Calices duo argentei, quorum alter in toto deauratus. Crux cuprea, parva, simplex. Pacificale nullum est. Monstrancia argentea, quae asservatur in curia Dni Adami Dański. Pixis sacramentalis lignea deformis. Chrismale stanneum. Am-

pulae stanneae 2. Caldaria 2. Lagena pro vino stannea. Thurribulum cupreum. Campanae 3 in campanili, signans 1, campanulae 3. Cassula ex adamasco florisato rubeo cum cruce lata figuris et auro contexta. Cassula ex adamasco florisato crocei et rubei coloris, cum cruce ex nigro veluto. Cassula ex veluto villosa viridis coloris, cum cruce ex figuris auro contextis. Cassula ex adamasco caerulei coloris, cum cruce veluti. Cassula ex grubrino, cum trina alba simplici. Cassula ex medio hatlasso cum cruce lat figuris et auro texta. Cassula ex czambeloto undulato coloris coelestini cum cruce aureis filis in-texta et figuris. Hae omnes absque pertinentiis; scilicet, duae tantum stolae omnibus deserviunt cassulis at humeralia complura, manipuli 3, albae 6, quarum 2 laceratae. Cappa solemnis axamenti viridis florisati speciosissimi cum trina sericea villosa et colari similis materiae, per Dnum Martinum Dąbski, ecclesiae huic donata. Cappa ferialis nulla est. Mandatum vietricis ut comparent. Antependium de muchaiero rubeo novum. Antependium ex serico simplici fulvi et grisei coloris. Antependium ex muchaiero flavo, viridi, coelestino. Mappae 5. Mantilia 8. Rąbeczki 3. Szerzynka una filo sericeo acu in marginibus depicta; altera simplex linea, cum trina linea. Velum 1 pro calice rubeum, ex serico simplici; corporalia 3; pallae 2; purificatoria 4. Vexilla 5 nova, vetera 4. Imagines Resurrectionis et passionis. Capsa pro Sacramento ad infirmos deferendo. Serae pensiles 6, serinium 1, ferrum pro pinsendis oblatis. Missale Cracoviense in quarto. Agenda lacerata vetus, quamquam nova reformata in dies habebitur. Gradualis, Antiphonarii, Psalterii, vix reliquiae haerent.

### Roszki.

Villa Dnae Roszkowska, ad ecclesiam olim parochialem in Kościół spectans. Sed cum ad eam, uti labe haeretica pollutam, accedere non liceret, generosus

Dnus Roszkowski, in pago suo Roszki, capellam non a multis temporibus ex aedificiis ecclesiae Swiniarzeviensis, multis lignis de novo additis, construendam curavit, quae haecenus nec consecrata, nec dotata manet. Hic idem Dnus Roszkowski in eadem sepultus requiescit in Dno, vir olim catholicissimus. Chorus minor latere stratus et desuper tegulis latericiis contactus, reliquum tegulis ligneis, parietes etiam desuper tegulis quercinis bene muniti. In vertice templi posita turricula rotunda, ferro albo ornata. Coemiterium recens tignis aptissime septum, et bene clausum, in quo vulgus villarum vicinarum sepelitur. Campanile nondum est erectum, campanis ex trabe dependentibus, sed constructur brevi. Intus capella haec eleganter et apte ornatur. Altaria tria ornata, pro quibus imagines novae parantur, impensis generosae Dnae Roszkowska. Maius altare latericium cum suo integro portatili, idem cancellis cinctum. Ambona et sedilia et chorus pro cantoribus exaedificata.

*Cultus divinus.* Cultus divinus in hac capella peragitur ex indulto Illmi ac Rmi Dni Episcopi, idque per quendam patrem Florianum Ordinis Praedicatorum Conventus Braestensis S. Dominici, uti ad eam capellam perpetuo residentem, ratione cuius flor. 50 quotannis eadem Dna haeres Conventui Braestensi pendit. Quin etiam idem capellanus prandium et coenam in curia habet paratam. Celebrat quotidie fere. Diebus dominicis Missa cantata, absque praemissa processione. Baptizat idem, sed tantum in casu necessitatis, idque cum licentia Dni Officialis. Ex pagis etiam ac villis ad Kościół pertinentibus, desolatis, vulgus pro confessionibus et Sacramenti Communionem confluit, scilicet ex Kościół, Roszki, Krotoszyno, Dunaj, Pocierzyno, Bielino, quin et de Uyma minore, Bądkoviensis parochiae, tunc vel maxime, quando transitus per paludem Bachorza non conceditur. Alio tempore non item. Arca V-lis Sacramenti in altari maiore deposita, papillone eleganti velata conspicitur. Iam vero et Ciborium, altari maiori contiguum, paratur.

*Procurator medicus*



*Ornamenta capellae.* Calix unus argenteus, totus inauratus cum patena, manufacturae coloribus depictae. Agnus Dei in basi positum et tabula quaedam Graeca. Cassulae 3 noviter comparatae: 1. Cassula axamintu bitego rubei coloris, cum cruce ex trina argentea auro intexta, subducto serici simplicis alias kitajki zoltogoracey, cum stola, manipulo et alba. 2. Cassula ex adamasco albo, cum cruce ex trina veluti viridis coloris et franzla sericea, cum apparatu et subducto sericeo. 3. Cassula ex veluto nigro florisato, alias wzorzysty, cum cruce ex trina simplici argentea, cum stola et manipulo. Omnes hae more romano assutae. Superpellicium 1, tenuissimae telae. Pellae 4, quarum duae trinas habent sericeas nigras, et tertia per margines late lineo et sericeo filo florisata. Mantilia 3, corporalia 2. Palla una auro frigiata. Baldachinum ex tela tenuiore, trina taphetae et sericea rubei coloris, trabeatum, cum caputio simili. Est et aliud caputium telae tenuissimae, aureis et sericeis filis intextum. Vela pro calicibus tria, quorum duo sericea: rubei unum, viridis coloris alterum, tertium ex tapheta alba, instar retis, cum franzla vere aurea, in extremitatibus appensa. Purificatoria duo, quorum alterum rubeo serico acu pictum. Strophiola duo ad corporalia involvenda. Mantile tenuius longum et ad mentum communicantium apponi solet, trina mere aurea circumcirca obductum. Duo mantilia parva ad ceroferraria et alia item 4 minora ad altare maius pensilia, serico nigro depicta. Antependia tria, unum ex kameha auro florisata et serico viridi per columnas, cum trina serici villosi. Reliqua duo ex muchaiero rubeo et viridi per columnas. Tobaleae seu szerzynki pro altaribus ornatissimae: 1 ex tela tenuiore cum marginibus filo vario sericeo et aureo florisatis, trina sericea, villosa in fundo apposita, cuius in medio imago B. M. V. natum tenentis in sole eodem modo depicta, angelis 4 instar eam tenentibus. Tres aliae telae tenuioris, alias rąbkowe, quarum duae in marginibus filo sericeo acu pictae, cum circulo filo sericeo et aureo, facto de nomine **JESUS**.

*Nb. do konunii*

Quarta et quinta filo sericeo depicta nigro, cum cruce in medio auro texta. Candelabra in altari maiore cuprea, nova, magnae quantitatis. Pulvinus altaris ex veluto nigro florisatus. Et candelabrum orichalceum pensile in medio capellae. Campanae 2 et campanulae manuales 2. Reliqua, quae fuit ad usum ecclesiae supellex, ex ecclesia Swiniarzyewiensi olim commodata: his nuper diebus, universa est, repetente eam Philippo Zakrzewski eidem ecclesiae Swiniarzyewiensi reddita ac restituta. Porro generosa Dna Roszkowska, se ad cultum divinum rite peragendum necessaria omnia comparaturam, et multo ornatius et impensius pollicetur.

### Kościół.

Villa nobilium. Ecclesia parochialis murata et antiqua, tituli S. Laurentii, ab haeresi nefanda et ministro haeretico calvinista impie ab annis 30 et ultra possessa, profanata, deturpata. Eius ecclesiae elemodia, vasa. ornamenta omnia, sacrilege, partim per haeredes, partim per ministros haereticos comminuta, direpta, distracta. Haeticus dictus Klimek, agros plebanales et altaristae excolit et decimam manipularem ex consensu Dnorum haeredum ex eadem villa percipit. Curiam etiam plebanalem idem cum omnibus attinentiis possidet securus.

*Villae parochiales.* Kościół, Bodzanowo minor, Poczierzynno, Bielino, Dunaj, Roszki, Krotoszino, Konary, Chrzaszczewo seu Kalęczyno. Bartłomiejowice, Zagałowice, Osłomki, Lekarzewice, Uyma minor.

Coloni harum villarum in vicinioribus sacris procurantur ecclesiis, et ad pabula verbi divini se conferunt, quamquam interdum nonnulli etiam hanc haeticam profanatam invisunt, et dogma pestiferum hauriunt.

*Ad decimas hae villae tenentur:* Kościół cum praediis. Barthomieice cum praediali, erant ibi olim 6 coloni. Krotoszino, post agros totius villae. Roszki decima ibidem vicarii perpetui. Poczierzynno post agros

*Indicium tu  
6/7 de XXII  
59-60*

praediales et 1 cmetonem. Bodzanowko praedialis. Zagajewice, Konary, Swarowo, Bodzanowko, Bielino decima non spectat ad plebanum, sed pro fabrica ecclesiae in Kościół. Colendae plebano quarta pars cedebat, viccario vero seu viccariis tres partes.

### Osięciny.

*pro Augustinici partem unam*  
Villa nobilium. Concollatores haeredes villae. Ecclesia lignea, tituli S. Procopii. Et notandum: templo igne consumpto in Osięciny, hoc item quod exstat, ex aedificiis ecclesiae Zakrzeviensis est eodem in loco exstructum, tegula lignea contectum et coemiterio septum. De consecratione eius non constat. Haec porro ecclesia non est revisa, ob absentiam Comendarii et victricorum. De statu tamen ecclesiae, ex depositione ac testimoniis partim vicinorum sacerdotum, partim hominum aliorum fide dignorum, sunt haec comperta <sup>1)</sup>.

*Dos Ecclesiae:* Portio agri in campo Glazina ad villam regiam Radzieioviensem sita, versus meridiem, quae quidem agri portio tanta est, ut in tres campos commode dispertiri posset <sup>2)</sup>. In altero vero campo etiam portio agri 100 sulcorum circiter <sup>3)</sup>. Utraque portio agri cum pratis annexis et contiguis. In tertio campo nihil. Hanc dotem haeredes villae occuparunt et maxime Dnus Joannes Wilkostowski, qui parochi nomen et vices sibi, nescis quo iure, ab annis multis vendicat, in minoribus duntaxat Ordinibus, vitam agens impuram, constitutus.

<sup>1)</sup> In area plebanali domus vetusta, hortum 31 sulcos in latitudinem, et in longitudinem unius stadii, contiguum habet. Domus vicarii cum parvo horto circa coemiterium.

<sup>2)</sup> Na Głazynie 90 kop rodzi się. Dicta Głazyna sui limitibus circumscripta, plus minus 700 sulcorum, osobna dziedzina.

<sup>3)</sup> Na płosie plus minus 10 kop rodzi się, in longitudinem 4 stadia continens in se, et in latitudinem 15 sulcorum.

*Decimae ad hanc Ecclesiam pertinent.* Ex villis Osięciny, Belzewa, Jaruntowice maior et minor, Borucino maior, Borucino minor <sup>1)</sup>, ex praedio et subditis duobus: nihil datur. Ex praedio Reverendissimi in villa Skarbkowa Wola, ex Wygranowo <sup>2)</sup>: quae omnes manipulares <sup>3)</sup>, non solvuntur <sup>4)</sup>.

*Villae Parochiales:* Osięciny, Belzewa, Jaruntowice maior et minor, Borucino maior et minor, Zakowice, Skarbkowa Wola, Zbląg <sup>5)</sup>.

*Parochus.* De parcho iam dictum <sup>6)</sup>. Regit ecclesiam Commendarius, absque commenda, Andreas quidam Janowski, nuper Sadlnensis parochus, quam temere deseruit investitus ecclesiam, et commendam hanc praelegit. Porro de hoc multi multa sacerdotibus viciniore. Nimirum hic vocationis suae stationem turpiter omni ex parte postposuit. Commendam non curat. Armatus semper; bombardam, gladium tenens, interdum hastam, incedit. Horas canonicas non recitat. Breviarium quidem habet, at minime pollutum. Unum eius rei indicium: Domino Słupski in Zakrzewko, haeretico, ministravit Sacramentum, autumantque sub utraque specie. Lota facie de mane se mox confert ad crematum vinum. Cum muliere maritata cohabitavit, pueros cum ea habet duos: unum penes se fovet, alterum in Swierczyno,

grana wino

<sup>1)</sup> Ex praedio do Grabkowa.

<sup>2)</sup> Kopy nie daje pan Konarski post praedium, bo po kmieciach do Grabkowa.

<sup>3)</sup> Solvitur: daje starosta włocł. 10 flor. Ex Szulee, Szabok, neenon 3 Cralowo non solvantur.

<sup>4)</sup> Od Pana Boruckiego 4 flor. kmiecią dziesiccine płacą a z plebanskich też trzech kmieci po 4 złote, flor. 12. Z panem Chełmskim prawo; nie daje nic. Z Belzowy przyszyłoby 24 flor. daje plus minus 7 flor. Kościelski. Z Jarantowic dają 3 marcas i z drugich także Jarantowic 3 marcas. Haereticus Zeldowski infamis, et uxor ariana, fovet ministrum.

<sup>5)</sup> Vicarius Joannes Bidgostiensis bonus sacerdos, salarii 18 flor. Prandium familia Ecclesiae apud D. Parochum diebus dominicis et festis habet cum vicario. Rectori scholae duas marcas. Cantori unam.

<sup>6)</sup> Parochus providet vinum et luminaria pro ecclesia.

ubi prius fuerat. Ex Swierzyno pulsus eam ob rem a parochianis, ad Osięciny commigravit. Idem litigiosus, aleator, per omnia nequam et audax, patronis forte collatoribus fretus. Domi rarius, frequentius in Curiis commoratur.

### Wieniec.

Villa Rmi Wladislaviensis. Ecclesia parochialis tituli S. Nicolai. Dedicationis Dnica 2 post Michaëlis. Indulgentiarum nullae litterae authenticae, excepta Gregoriana indulgentia, quae et publicatur. *per byt rari* Est praeterea indulgentia Clementis papae VIII plenaria, ad annos aliquot per R. D. Miaskowski Archidiaconum Pomeraniae et plebanum Wienieensem Romae pro hac ecclesia obtenta, idque pro festo S. Nicolai et Dedicationis. Ciborium et baptisterium decenter servantur, cum clausura. Reparationis et reintegrationis eget campanile. Ossorii tectum lacernum <sup>1)</sup>. Coemiterium septum et clausum.

*Dos Ecclesiae:* Dotis sunt tres mansi agri in omnibus tribus campis, singuli sulcorum 8, quos arendatori suo una cum curia locat Dnus plebanus. Prata modica agris opposita.

*Decimae parochi:* 1. Decima ex medietate colonorum villae Wieniec, ex antiquo manipularis, quae et in usu fruitur et habetur. 2. Manipularis item post agros advocatiales, quam modernus advocatus redimit per compositionem quandam. 3. Item decima post araturas emetonum Jaronowo maioris, quae deservit vicario eiusdem ecclesiae.

*Et notandum.* Decimam olim post agros colonorum villae Wieniec ad plebanos pertinuisse. Usufruebatur quippe hac decima, iuxta privilegium antiquum in capitulo Wladislaviensi depositum (uti et relatum est testimoniis certorum hominum), V-lis olim

<sup>1)</sup> Reparata.

g. Kalcstrawy Jądrowski, tandem Gawłowski, post Leonardus concionator Wladislaviensis Ordinis Dominicanorum. Idem privilegium est recens, anno videlicet superiore a Sede Apostolica authentice confirmatum: cuius tamen usu haectenus R. D. Plebanus modernus non est potitus. Tabernatores etiam agris cum aliis colonis sunt exaequati, qui castro Wladislaviensi decimam pendere consueverunt, cum privilegium secus habeat <sup>1)</sup>.

*Villae parochiales:* Wieniec, Jaronowo maior et minor, Brzezic, Siedlinino, Woliczka, Kały et molendina Zawada, Wolski et Wieniecensis. In hac parocchia 3 haeretici <sup>2)</sup>: Martinus Jaronowski, Vincentius Jaronowski et Adalbertus Zakrzewski, sed alibi residens.

*Parochus:* Iuxta privilegium ecclesia haec pro concionatore ecclesiae cathedralis Wladislaviensis incorporata. Cuius ad praesens possessor legitimus R. D. Balthasar Miaskowski, Archidiaconus Pomeraniae, vir vitae honestissimae et summae eruditionis. Commendarius eiusdem ad ecclesiam residens V, Stanislaus a Dolsko dioecesis Posnaniensis <sup>3)</sup>, Formatas litteras habens, at sine commenda. Salarii percipit a R. D. plebano annuatim flor. 8. Item eidem provenit decima post agros colonorum quatuor in maiori Jaronowo; qui quidem coloni quatuor, solvunt quotannis vicario redimendo decimam fl. 8. Olim fuit manipularis libera vicario loci <sup>4)</sup>. Est campus quidam in solo et haereditate Brzezic, qui nuncupatur Niwa, situs inter haereditates Brzezic, Wieniec et Jaronowko minor, ex quo olim, utpote ad Wieniec pertinente, decimas fertur vicarius manipulare. At hunc campum omnes Dni Brzezińscy inter se distraxerunt et haereditati Brzezic adiunxerunt, nec aliquid ex eo tempore inde solvitur. Est et rector scholae et cantor

<sup>2)</sup> Kocioł wzięty, piwa robić nie dopuszczają.

<sup>3)</sup> Joannes Wylewski haereticus, sed inversus brevi, futurus bonus catholicus.

<sup>4)</sup> Mathias Zizinis ac Mathias a Korczew.

<sup>5)</sup> Pleban daje 24 flor., od szlachty 8 złotych z Jaronowa.

ad ecclesiam. Ludirector percipit a singulis villae Wieniec emetonibus, qui quidem sunt numero 28, per coretum unum siliginis mensurae Braestensis, sed haec consipatio aegre admodum extraditur. Scultetus etiam villae, tres mansos possidens, eidem tres coretos quotannis ex more antiquo pendere tenetur, sed ab annis circiter 15 nihil contulit <sup>1)</sup>. Domus plebanalis ob vetustatem ad ima declinat <sup>2)</sup>, et duos hortos habet: alterum retro holodium, alterum in area ipsius villae situm; tertium penes curiam plebanalem. Caulae sunt et forestae et horreum, omnia bene septa. Domunculae item sunt 4 in fundo plebanali, sparsim inter domos colonorum sitae, cum suis hortis, quas hortulani incolunt. Quinta domus tabernae cum horto itidem in fundo plebanali, haec olim plebano cuique semper fuit ad propinandam cereviam libera, nunc inhibetur <sup>3)</sup>. Domus vicarii ex opposito templi, hortulum habens exiguum, in quo alvearia apum mellificantium fere 20, nuper fuere 50. Cera inde et mel pro usu ecclesiae cedunt, quippe pecunia pro melle collecta traditur ecclesiae, uti et cera omnis. Pone domuncula pro ludirectore, scholares fere 12.

*Cultus divinus.* Diebus dominicis et festis matutinae maiores unius nocturni canuntur. Missa et vesperae similiter <sup>4)</sup>. In Adventu et Quadragesima diebus festis integer nocturnus primus decantatur per Commendarium et scholam. Catechismus <sup>5)</sup> recitatur per pueros solemnioribus diebus tantum. Decalogus item et Bogarodzica canuntur. Caetera recte fiunt. Banna praemittuntur. Metriculae connotantur.

*Supellex Ecclesiae:* Inventarius ecclesiae descriptus habetur, qui et inde pro usu ac temporis ratione desumi potest.

<sup>1)</sup> Niech się upomina.

<sup>2)</sup> Reparata est.

<sup>3)</sup> Wzięto kocioł.

<sup>4)</sup> Quatuor psalmi. *na wieczory*

<sup>5)</sup> non.

*Victrici*: Matthias Rosolek, Jacobus Brozda <sup>1)</sup>. qui et deposuerunt uti testes supra scripta. Vinum Dnus Plebanus providet. Cera ex apibus, thus ex tabula, ex qua et fabrica et reliqua omnia pro usu ecclesiae <sup>2)</sup>.

*Gravamina*: 1. Coctura cerevisiae in domo plebanali a memorabili tempore fuit semper plebanis libera. Nunc per Mf. Dnum Capitaneum vi inhibetur, ita ut vasa in braxatorio plebanali per suos servitores, absente tunc Dno plebano, minutatim confringerentur. 2. Taberna inhibetur. 3. Prata extra villam Wieniec, ad stagnum Poraza sita, inundatione aquarum inhibitorum annihilata, seu immersa, propter usum commodiorem molendini Poraza, unde his annis usus horum pratorum plane exstinctus. In recompensam damni nihil datur.

### Wisłka.

Pagus nobilium, scilicet Kretkowski. Templum ligneum tituli S. Stanislai et S. Bartholomaei Apostoli <sup>3)</sup>, circumseptum et sartum textum, absque campanili, ossorio integro et tecto.

Ciborium indirecte locatum, clauditur tamen. Baptisterium absque clausura et immundissimum, examine muscarum repletum. Altaria tria, quorum duo babent sua portatilia integra. Indulgentiarum usus nullus est, nec erectionis monumenta ulla.

*Sanctuarium*. Sanctuarii sunt certae agri portiones, in omnibus tribus campis, hoc modo: in 1-o campo versus regium pagum Wisłka tres agri portiones, distinctis in locis sitae, cum pratis adiacentibus <sup>4)</sup>. In 2-o campo est agri portio, ultra ecclesiam, versus meridiem sita, sulcorum 24, stadiorum duorum, absque

<sup>1)</sup> Et Thomas Cieslia.

<sup>2)</sup> Pienędzy plus minus 50 flor.

<sup>3)</sup> Conceptionis B. M. et S. Stanislai.

<sup>4)</sup> 60 zagonów krótkich.



pratis. In 3-o campo, versus Dobięgniewo, duae agri portiones, alias plosy, singulae sulcorum 24, stadiorum duorum, cum pratis annexis. Hos agros omnes excolit ipse parochus <sup>1)</sup>. Arborum et lignorum incisio fuit olim plebanis libera, at nunc plebano moderno per Dnos Kretkowskie inhibetur. Domus plebanalis cum caulis et holodio et horto. Est idem domuncula in fundo plebanali, quam hortulanus parochi inhabitat <sup>2)</sup>. D. Nicolaus Kretkowski hunc ibi degere non patitur, nolo, inquit, vicinum habere plebanum talem qui habeat subditos.

Decimas habet manipulares parochus in Wislka minore et in Wislka maiore, post araturas cmetonum, quas et percipit <sup>3)</sup>. Ex praedio tamen DD. Kretkowsy nihil pendunt et agris quibusdam desertatis pro praedio conversis. Decima in Narty, villa D. Stempczyński, in parochia Lubień, quae non solvitur. Siliginis tam ex sanctuario quam ex decimis cassulae fere 30.

*Villae parochiales.* Wislka maior et minor et Modzorowo <sup>4)</sup>.

*Parochus.* V. Joannes Bądkowski <sup>5)</sup> anno superiore investitus ac residens. Rem familiarem curat. agrum plebanalem excolit, munditiam tamen in ecclesia minus observat. Admonitus. Bonis est hic moribus, in celebrando diligens, indoctus tamen. Breviarium Romanum cum Rubricella Wladislaviensi ad manum habet. Celebrat modo in Adventu ferme quotidie. Habet magistrum scholae, absque cantore et scholaribus, cui et salarium praestat.

*Suppellex Ecclesiae:* Pauper et modica. Calix unus argenteus cum patena, alter stanneus <sup>6)</sup>. Crux par-

<sup>1)</sup> Zarosło jedne staje.

<sup>2)</sup> Obaliele sye.

<sup>3)</sup> Plus minus 12 kop.

<sup>4)</sup> Modzorowo i Łąg nie dają dziesięciny. Z Telazna mlinyk 7, folwarek y dwaj ogrodniacy.

<sup>5)</sup> Felix a Gabie institutus 10 Septembr. 1607.

<sup>6)</sup> Calices duo argentei, indigent restauratione.

va deaurata, at semifracta. Nec monstrantia, nec pacificale ullum. Chrismale stanneum, pixides duae V. Sacramenti lignae, absque velis seu tectoriis. Casula solennior seriei simplicis viridis cum cruce aureis filis intexta, et apparatu toto <sup>1)</sup>. Aliae 5 simplices ex barchano, kamcha, muchaero, absque apparamentis. Omnium harum albae tantum duae, stolae duae, manipuli 2 <sup>2)</sup>. Cappa kamchea vetus et vilis <sup>3)</sup>. Antependia 4, telae depictae. Pellae 7. Mantilia 6. Szerzynki 2 lineae. Velum 1 pro calice itidem lineum <sup>4)</sup>. Corporale 1, custodia 1, candelabra 2, vexilla 2. Ceroferraria 2 cum stropholis. Campanae duae, tintinabula 2. Thurribulum parvum. Serinium in sacratio 1. Ferramenta pro hostiis. Missalia duo Romana, tertium Plocense <sup>5)</sup>. Agenda nova reformata. Graduale et Psalterium non habentur. Unde ludirector vel silet vel communia quaedam, quae meminit, cantat inepte. Antiphonarii exstant adhuc reliquiae quaedam tantum. Sunt sermones Pomerii, et Discipulus. Reliqui libri manuscripti. Parochus habet sacra Biblia et sermones Jacobi Wuieciij etc. Aedituus tantum 1, qui colligit et expendit pecuniam pro cera, thure etc. In paratis vix gr. 10 habens. Vinum ipse procurat parochus. Nuper hoc anno praesenti famulus sculteti Joannis, nomine Laurentius, vita excedens, pecuniam multam reliquit, quam et pro ecclesia legavit. Scultetus facturus horum rationem et in ius vocandus. Hic praemortuus mutuo dedit vivens fl. 50 Paulo moliatori Dobiegniewiensi. Item Dnus Brzeski et D. Nicolaus Kretkowski fl. 20 ecclesiae debent, ratione boum duorum et equi unius, quae post decessum parochi Nicolai intestati, eos per rapinam sibi vendicarunt <sup>6)</sup>.

<sup>1)</sup> Sine apparatu.

<sup>2)</sup> Ornath nowy, biały adamaszkowy, z krzyżem czerwonym teletowym, cum apparatu.

<sup>3)</sup> Lacera.

<sup>4)</sup> Vela 5 diversi coloris. Rąbków 7.

<sup>5)</sup> Unum parvum Romanum.

<sup>6)</sup> Prawa po śmierci X. Zieleniewskiego są u Wróblewskiego pod Chodczem, wzięte, nie wie: szwagier tho był tego Xiędza. Indulgentias naleziono pod strichem. Wykupiono ciborium.

### Inventarium Lubranecensis Ecclesiae.

De verbo ad verbum huc insertum. A. D. 1598, mensis Julii.

Regestrum rerum omnium ecclesiae Lubranensis praepositalis, quae res collatae sunt ad fideles manus et curam ecclesiae huius procuratoribus, videlicet Alberto advocato, dicto Jajek, civi Lubranensi, et Alberto de Casom, dicto Butth, Gregorio Płaczek de maiori Redecz, Adamo Pierdolek, in praesentia Ven. Stanislai Cieśliński Commendarii ecclesiae eiusdem, et honesti Blasii Głusczik proconsulis civitatis Lubranensis et Pauli Kaski civis Lubranensis, in hunc modum:

Naprzód: *Monstrancia* srebrna wielka, w stolec naruszona. *Kielichów* sześć, dwa pozłociste, a drugie srebrne; siódmy kościoła Zgłowieckiego, który wiktrykuszowie Lubrańscy wykupili oth złotnika. *Krzyż* dwa, u jednego stolec mosiądzowy, a drugi wszystkie srebrny, a drugi bes stolea, także srebrny. *Facificaly* dwa, wielkie, pozłociste, srebrne. *Ampulek* para srebrnych, pozłoczistych, a cynowych 2 parze. *Dzwonkow* małych 6, siódmy u mieszka.

*Kapy*. Kap trzy, z których jedna złotogłowowa, na zielonym axaminie. Druga kamchowa czerwona, przeplatana złotem. Trzecia czamletowa z wodą czarna.

*Ornaty*: Ornatów dwa złotogłowowych na czerwonym axaminie, z których jeden jest z zupełnym apparatusem. Trzeci złotogłowowy na zielonym axaminie, z zupełnym apparatusem. Czwarty axaminny czerwony, z apparatusem. Piąty axaminny zielony bity, z apparatusem. Szósty kamchowy złoty wzorzysty z apparatusem. Siódmy kamchowy czerwony przeplatany złotem, bes humerału. Osmy hatłasowy biały, z apparatusem. Dziewiąty jadamaszkowy biały, bes stoly. Dziesiąty hatłasowy, wiśniowy, z albą tylko. Jedenasty hatłasowy wiśniowy, bez stoly. Dwanaście czamletowy, z wodą, funeralny. Trzynasty axaminny czarny, zły, z albą. Czternasty saioowy

brunatny. Pietnasty kamchowy przeplatany złotem, który jest w zamku, z apparatusem. Szesnasty biały czamletowy. Siedmnasty dominiczny. *Dalmatyki* cztery, dwie adamaszkowe lazuruowe, a dwie tabinowe pstre. *Antependium* u wielkiego ołtarza solemne, rozmaitej maści. Drugie antependium rozmaitej też maści. Trzecie jadamaszkowe dzikie. Czwarte axaminne wzorzyste lazuruowe. Piąte hatlasowe czarne wytarte. Szóste zielone axaminne. Siódme hatlasowe żółte. Osme axaminne czarne. *Vela* na kielich dwoje. Jedno wiśniowe kitajezane, a drugie także czerwone. *Velum* wielkie na grób kitajezane, zieloną i brunatną nicią obrąbione kamczą. *Velum* drugie na grób, kamchowe czerwone. *Obrusów* czternaście. *Ręczników* 6. *Szerzynek* 6. Na *Veiborium* dwoje *vela*, jedno żółte kitajezane, drugie czerwone. Kitajka na monstrantey brunatna. *Rąbki* 3. *Corporatów* 3 poświęconych. *Woreczek* bretowy na żółtej kitajce. Na obrazach 3 rąbki. U kierców dwie chustki wyszywane. U świecy krzesney ręczniczek złotem wyszywany. *Kapki* dwie kitajezane wiśniowe na ministranty; *komeszek* cztery. *Platów* odprótych 23. *Mszal* jeden zły gnieźniński. *Xiąg* rozmaitych autorów 16. *Pasye* notowane. *Ręcznik* na kazalnicę z bretami. *Obrusów* nowo danych cztery, nie poświęcane. *Turbalnia* na dwu końcach wyszyta. Dwa *ręczniki*. *Rąbek* wyszyty czarnym szyciem w koło. *Żelazo* do pieczenia opłatków. *Kocielków* dwa, trzeci w krzielnicy. *Turrubularze* dwa, jeden zły. *Antiphonarze* dwa pargaminowe. *Psalterz* pargaminowy. *Graduał* nie dobry i nie zupełny. *Fłaszka* cenowa do wina. *Lichtarzów* 6, mosiądzowych. *Portatile* trzy. *Komży* dwie kościelnych. Sukno zielone przed ołtarzem.

*Hic finit Decanatus Braestensis, auctore Deo, duce virtute, comite fortuna.*

*Notandum.* Hic decanatus Braestensis 5 duntaxat habet circa suas Ecclesias residentes Plebanos, scilicet: Wisłka, Smielowice, Chodecz, Błedna, Przedecz. Reliquae huius decanatus Ecclesiae per Vicarios seu Commendarios administrantur. Huc referri

potest et parochialis Wladislaviensis, verum ipsimet R. D. Archidiacono Wladislaviensi visitanda relinquitur. Cathedralis Ecclesia immediate subest visitationis solius Reverendissimi Domini (*Vol. 68 f. 1—94 et Vol. 70 f. 37—123*).

### Hospitalium in Archidiaconatu Wladislaviensi brevis descriptio.

*Decanatus Braestensis* Hospitalia habet 9.

1. *Hospitale Braestense*. Capellam habet non consecratam. Pauperes alit 22, vetulos 12, vetulas 14. Item pupillos 5 et aurigam 1.

Communem mensam habent et penu unum. Provisionem non habent sufficientem. Praepositus hortum eis suum proprium, ad capellam situm, pro usu concessit. Censum habent annuum in domo Dni Dąbski obligatum fl 7. Censum ex pomerio legato hospitali gr. 15. Censum ex horto quodam gr. 8. Ex fundatione quadam, pannum a judaeis Braestensibus quotannis accipiunt pro tunicis 12. Equum unum habent et currum, quibus ligna convehuntur. Vaccas 5, porcellos duos. Cum pixide ad portam utramque stipem emendicant. Cum cophino bis in hebdomade die dominico et feria 6 obambulant. Similiter die dominico et die Martis cerevisiam emendicant.

*Erectio Praepositurae Hospitalis S. Spiritus  
extra muros Braestenses.*

(*ex Libro Retaxationum*).

Decima in Craspkie praedii Dni Palatini Juniwladislaviensis Nakonowo, praedium Kanthici (*Katy*). In eadem Kanthii de praedio ibidem census marca una sine sex grossis. Sokolow census de quatuor mansis, duae marcae. (*Vol. 12 f. 335 v.*)

2. *Hospitale Kruszino*, villa castr  
Braestensis.

Hoc hospitale habet duos vetulos, et quinque  
anus debiles ac sensibus destitutas. Provisionem nul-  
lam penitus habet, praeter hortum mediocre.

*Supra p. 1822E*

3. *Hospitale Kowale*, Tituli *S. Spiritus*.

Pauperes continet 12; mares 5, reliquas vetulas,  
et duos orphanus pueros. Penu unum et mensam com-  
munem habent. Dotem quae est hospitalis possidet  
Praepositus. Ex praescripto autem Rmi Dni Episco-  
pi, quotam eis confert annuam: scilicet coretos 10 si-  
liginis, hordei cor. 4, tritici 3 cor., scruti seu milli  
cor. 2, pisae 3 cor., seminis lini pro oleo cor. 2 et  
porcos duos altilis. Hortum praeterea habent retro  
domum hospitalis. Vaecas 6 lactantes. Oves cum  
agnellis in communi 28. Tunicas quotannis 12, ex  
fundatione V. Borucki Canonici Wladislaviensis. Pau-  
num hunc iudaei Braestenses offerunt. Et calicorum  
paria 12, ex fundatione eiusdem Borucki, quos suto-  
res Kowalienses ipsis dare sunt astricti annuatim.  
Pixidem habent. Cum sporta ter obambulant per op-  
pidum et villas.

Imuorigeri isti pauperes, ac licentius, imo quasi  
sine lege, vivunt.

4. *Hospitale Lubień.*

Pauperes 7 alit, duos mares et 5 vetulas. Ex  
eleemosyna victitant et stipem colligunt. Provisio-  
nem nullam aliam habent. Mansum unum olim habu-  
erunt, at eis per vim ereptus.

5. *Hospitale Chodecz.*

Hospitale pauperum numero 10. Mares 2, vetu-  
las 8. Nullos habent redditus, provisionem nullam.  
Charitativis officiis piorum sustentantur miseri.

6. *Hospitale Śmielowice.*

Hospitale infirmorum, qui sunt 5, absque horto et ullo subsidio. Pixidem habent cum tintinnabulo, haec dos eorum omnis. Ex curia his annis Dni Tenuarii nihil eisdem porrigitur.

7. *Hospitale Lubraniec.*

Pauperes habet 5. Hortum habent. Ex eleemosina vitam agunt, praeterea nihil.

8. *Hospitale Przedecz.*

Pauperes 7 numero. Mas 1, reliquae vetulae foeminae. Penam unum et mensam communem habent.

Praeter domum quam inhabitant, habent aliam domum cum horto, nimis spaciioso. Censum ex hac domo percipit hospitale; horto vero usufruitur, quem coleribus et avena conserit. Item est agri mansus 1, quem possidens parochus przedecensis, duas marcas pendit census curatoribus. Item censum habent annum trium fertonum. Sustentantur eleemosina. Cophinus in usu ter in septimana qualibet.

9. *Hospitale Wladislaviense.*

Status qui sit huius hospitalis, Rmus Dnus Episcopus inibi cognoscere poterit per curatores suos.

*Decanatus Radzieiowiensis* habet Hospitalia tria.

1. *Hospitale Radzieiowiense Tituli S. Spiritus.*

Pauperes tenet 26. Mensam communem et penam unum habent. Sustentantur partim eleemosinis, partim certa provisione. Pro dote habet agrum in fundo civili, ex quo census percipit fl. 20 et 10 currus lignorum. Item alium agrum in fundo civili situm, qui locatur ex censu marcae unius <sup>1)</sup>.

---

<sup>1)</sup> Pigieli nie dawa.

Ad hos spectat census fl. 16 pro tunicis pauperum, a summa 200 flor. Item census 8 flor., a summa flor. 100. Item census flor. 4, a summa fl. 80<sup>2)</sup>. Hi omnes census hospitali huic deserviunt et per curatores dispensantur<sup>3)</sup>.

Huic Hospitali annuatim Rmus Dnus Episcopus quotannis elargiri solet: Lardi pernas duas, alias poście. Sadło dwoje. Soli pół beczki. Siemienia konopnego metretas duas mensurae Nieszeviensis. Kwaśnej kapusty tunnam 1, idque ex clave Racziąziensi<sup>4)</sup>.

## 2. *Hospitale Izbica.*

Pauperes foveat 11, masculi 5, reliquae anus. Dotem nullam habent, praeter hortos duos, quorum alter non oleribus modo, sed et siligine et hordeo conseritur, per pauperes eosdem. Tres vaccas habent lactantes; porcos 2; par boum, et currum ad comportanda ligna, faenum, stramen. Pratum habent unum, curruum faeni trium. Pixidem habent: eleemosinis sustentantur. Cophinus neglectus, eo quod vacuus redibat multoties.

Rmus Dnus Episcopus feliciter modernus statam eis quotannis pensionem assignavit, scilicet:

Pernam unam lardi, pultis hordeacei cor. 1, pisac cor. 1, cerevisiae tunnam unam, semibovem, pro foreto tritici gr. 18, pro caulae gr. 22, pro oleo gr. 16: haec ex clave Lubotinensi extradi deberent.

D. Czosuowki parochianus 10 cor. frumenti diversi granis et cassulam unam siliginis et cassulam hordei unam conferre itidem solet.

<sup>2)</sup> Od kilkunastu lat nie płaci Brełowski mieszczanin pi-sarz miejski.

<sup>3)</sup> Wencelauś Chorodul jeden curator, drugi umarł. X. proboszcz ma podać drugiego.

<sup>4)</sup> Mikołajewskiemu starosta odpuścił dziesięcinę, a księży bierze. Teraz czynszu tylko dają ei, co nie mają złotych 16: wozów drew 4, bo dziesięcinę bierze starosta i z szpitala i z kościelnych rol: wielki płacz.



3. *Hospitale Brdowo.*

Pauperes 6 alit. Mensam habent partialem. Ex provisione D. Stanicki habent tres agri mansos in fundo Brdowo regali. At haec dotatio approbatione Serenissimi Regis indiget. Mansum unum colit hospitale; duos vero reliquos ex censu pacto oppidanis locat. Hortus eorundem, hospitali adiacens, mediocris. Habent boves 4 aratrales, praeterea nihil. De elemosina participant. At absque legibus vivunt.

*Decanatus Nieszoviensis* Hospitalia tria habet.

1. *Hospitale Nieszewa.*

Alit pauperes 12: mares 4, reliquas foeminas. Agri mansus unus cum dimidio, et locatur ex censu fl. 9. Provisionem nullam aliam habent. Eleemosina eos plurimum iuvat, et pixis et sporta, quae in usu.

Reverendissimus conferre huic hospitali consuevit annuatim: siliginis metretas 10, hordei metretas 2, tritici metr. 1, pisae unam cum media, tunnam unam cerevisiae, vitulum. Ex pixide per curatorem Bieniek ligna et alia pro usu hospitalis necessaria, comparantur. Mensam communem habent.

2. *Hospitale Raciąż.*

Mendicantes pauperes numero 8. Mensam communem habent et penu unum. Hortulum habent et pratum exiguum. Provisionem nullam prorsus. Pixis et cophinus iuvat.

3. *Hospitale Służewo.*

Pauperes ad praesens habet 12, interdum 15, et ultra. Mensam habent communem et penu unum. Victitant autem vel maxime ex provisione Magnifici olim Palatini Braestensis\*), quippe ex censu trium mil-

\*) Joannis Służewski.

lium flor., cedunt pro victu et amictu pauperum annuatim fl. 100. Alioqui aliis eleemosinis et misericordiis iuvantur. Pixidem habent, ex qua usualia comparantur. Vaccas alunt tres et porcos pro usu commodiore pauperum.

**Pauper miser ubique iacet.**

*Reddita Reverendissimo Domino Dno Nostro Clementissimo die 24 Februarii, Raciążii, A. D. 1599. (Vol. 68 f. 95—97, et Vol. 70 f. 124—126).*

**Index Ecclesiarum in Visit. a. 1598 descriptorum.**

(Hic nomina hodierna apponuntur).

Białotarsk . . . . .	61	Kruszyn . . . . .	20, 37
Błenna . . . . .	103	Lubień . . . . .	69
Boniewo . . . . .	102	Lubomin . . . . .	99
Brześć . . . . .	4	Lubraniec . . . . .	38, 145
Bytoń . . . . .	47	Łanięta . . . . .	65
Chalino . . . . .	121	Modzerowo . . . . .	118
Choceń . . . . .	85	Osięciny . . . . .	137
Chodecz . . . . .	76	Pirowa wola . . . . .	74
Dąbie . . . . .	130	Przedecz . . . . .	109
Grabkowo . . . . .	50	Roszki . . . . .	133
Kłobka . . . . .	94	Śmilowice . . . . .	90
Kłóbka . . . . .	54	Świerczyn . . . . .	126
Kłotno . . . . .	58	Wieniec . . . . .	139
Korzecznik . . . . .	117	Wistka . . . . .	142
Kościelna wieś . . . . .	136	(Wola Pirowa . . . . .	74)
Kowal . . . . .	23	Zgłowiączka . . . . .	45

*Descriptio Hospitalium hic fol. 147—152.*



pauperum an-  
s et misericor-  
usualia com-  
pro usu com-

t.

no Nostro Cle-  
A. D. 1599.  
-126).

scriptarum.

tur).

. . . . . 20, 37  
. . . . . 69  
. . . . . 99  
. . . . . 38, 145  
. . . . . 65  
o . . . . . 118  
. . . . . 137  
la . . . . . 74  
. . . . . 109  
. . . . . 133  
. . . . . 90  
. . . . . 126  
. . . . . 139  
. . . . . 142  
wa . . . . . 74)  
ca . . . . . 45

7-152.

